

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

L. N. 744.
14-250
8°.

DA BOX

LN 744
ex. 3

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Kay Hoegsbro.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

ADMONITIO De SVPERSTITIONIBVS MAGICIS VITANDIS, in gratiam ſinceræ religionis amantium, ſcripta

A

NICOLAO HEMMINGIO.

ESAIAE 8.

AD LEGEM ET TESTIMONIVM.

ANNO

M. D. LXXV.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

LECTORI, VERÆ ET SINCERÆ RELIgionis amanti.

VT lux huius ſolis aſpectabilis, pie Lector, nos regit, ne in via, qua nobis de loco in locum, gratia negotiorum conficiendorum (quæ ad hanc vitam pertinent) eundum eſt, impingamus, aut labamur: Ita ſolum verbum Dei eſt, quod et nos, qui antea ambulauimus in tenebris & in vmbra mortis, in veram ſalutis viam ducit, et deindè dirigit rectâ, ne vel ad dexteram, vel ad ſiniſtram deflectentes, in præcipitia (quod nimis, proh dolor, procliuè eſt) feramur incauti. Nam qui, vel minimũ, tribuit prudentiæ carnis, facillimè à via ſalutis aberrat, non ſine

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

animæ ſuæ certiſſimo interitu. Non ergo immerito Dauid, plurimas variaſq; carnis Mundi & Diaboli inſidias expertus, ardentiſſimè precatur in hunc modum: Doce me Domine viam tuam, & ingrediar in veritate tua. Et alibi: Dirige me in veritate tua. Quibus verbis Dauid ſatis teſtatur, quòd nec viam ſalutis nouerit, Deo non monſtrante, nec in ea ingredi potuerit, eodem non dirigente. Sapientia enim huius Mundi, ſe non vltra ſenſuum & rationis limites extendit. Quare nihil planè periculoſius eſt, quàm ſenſuum aut rationis iudicium ſequi, cùm ſalus animæ & beata immortalitas agitur. Abrahamo ſeni & effœto, promittitur ſemen ex anicula, ætate & natura ſterili. Hic ſi Abraham ſenſum & rationem adhibuiſſet in conſilium, omnino de promiſſione

diui-

diuina desperasset. Quis enim ab effœto sene & sterili anicula speraret sobolem ? Sed quid facit Abraham? Verbum intuetur ; Deum veracem & potentem statuit : Ex quo concipit fiduciam, vt & ipse effœtus senex Pater ; Et Sara anicula mater fieret, vel tota naturæ lege reclamante, nec ipsum fefellit promissionis fiducia. Cùm ergo in negotio salutis versamur, oculos nostros leuemus ad lucem verbi Dei : Illam solum aspiciamus ; Illius solius ductum sequamur, donec nos rectâ in salutis portum deduxerit, sanctissimi Dauidis & Regis et Prophetæ Dei regulam nobis proponentes, videlicet : Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Hæc regula monet, vt agnoscamus nostræ mentis caliginem, quæ maior est, quàm vt cogitare possimus, vt si-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

namus nos regi verbo Dei, tanquam lucerna, quæ rectissimâ deducit in fœlicitatis portum: Vt includamus nos limitibus verbi cœlestis: Vt firma assentione amplectamur doctrinam de essentia & voluntate Dei, & de mediatore, iuxta dictum Christi: Hæc est vita æterna, vt & agnoscant te solum verum Deum, & agnoscant Iesum Mariæ filium Christum esse. Petrus idem dat consilium cùm ait: Bene facitis, attendentes sermoni prophetico, tanquam lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec oriatur Lucifer in cordibus vestris. Et Esaias ait: Ad Legem & Testimonium. Breuiter, tota Scriptura, vnicam lucem, quæ ducit homines in rectam viam, & eos postea in eadem dirigit, donec in Cœlestem patriam deduxerit, verbum Dei solum agnoscit:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

cit : à qua luce qui aberrat, in tenebras priores & in vmbram mortis infœlix, relabitur. Hæc cùm non ignorat Satanas, omnia tentat, Occasiones plurimas obijcit: Vt homines vel impediat, ne viam salutis ingrediantur: Vel ingressis rectam viam, obijciat scandala, vt impingant, labantur, salute excidant. Adoritur enim iste noster aduersarius, & doctores Ecclesiæ, & auditores. Doctores quidem, vt vel in Doctrina vel in Vita, vel in vtroq; delinquant. Ex quo fit vt multi Ecclesiæ doctores, similes sint fabris illis, qui Arcam Noë extruxerunt, qua extructa, ipsi misserrimè in diluuio perierunt, liberato Noë cum ijs qui cum illo in Arcam ingressi sunt. Non sint ergo ministri Euangelij similes istis Noë fabris, nec nocturnis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

viatoribus, qui lumen in tenebris à tergo geſtantes, oſtendunt ſecuturis viam, in qua ipſi miſerabiliter labuntur: Qua re nihil triſtius, nihil lamentabilius. Auditores vero varijs vijs aggreditur idem aduerſarius, vt illos quoq; impediat, ne rectum curſum teneant, & πλανοφοξίᾳ fidei deducantur in portum, quemadmodum triſtiſſima omnium ætatum experientia, inde vſq; à creatis primis hominibus teſtatur. Nam ſemper Diabolus quinque genera hominum, quaſi conductos ſatellites habet: Qui intercludent alijs hominibus ſalutis viam, vt ſunt, Tyranni, Epicurei, Flagitioſi, Hypocritæ, & Magi cum ſuis diſcipulis.

Tyranni ſemper viam ſalutis intercludere hominibus ſanguine Martyrum moliuntur, vt multi eorum cruciati-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

ciatibus absterriti: vel salutis viam non ingrediantur: vel ingressi turpissimè & fœdissimè in priores sordes & tenebras relabantur. Quid enim aliud hodiè molitur Turcica tyrannis? Quid furor Papisticus? Quid quorundam inconsideratus zelus? Verum quia hæc prædicta sunt à sanctis Dei Prophetis, & à Christo ipso, pij se solentur Prophetarum eorundem & Christi promissionibus. Futurum enim est, vt breui Dominus sit absterfurus omnes lachrymas eorum, qui in se ex animo confidunt.

Epicurei curantes cuticulam suam, non sunt de vlla religione soliciti: Quorum exemplo multi seducuntur. Hi cùm religionem videntur amplecti ideo hoc faciunt, ne suum contemtum prodant: Videntur quidem pij &

religiosi vulgò, sed tùm demum appa-
ret quam sint pij & religiosi, cùm ali-
quid iubeantur ex mandato Dei face-
re, à quo affectus praui, quibus in-
dulgêre, vel inuito Deo sibi propose-
runt, dissuadent.

Aiax, vt est in Tragedia, cultor
Mineruæ haberi voluit: Hanc enim
sibi Deam, cuius monitis pareret, e-
legerat. Verum, cùm ille suis prá-
uis affectibus indulgeret, & statue-
ret flagellare ad mortem vsq; Vlys-
sem, quem putabat se vinctum tene-
re, iubetur à Minerua vt Vlyssi par-
cat. Quid hic facit Aiax? Non
vult videri impius in Deam suam,
nec vult cedere suis affectibus. Quare
in hunc modum Deæ suæ respondet:
O Minerua Dea, in alijs rebus tibi
gratificabor, in hac quidem non pos-
sum: Vlyssem enim vt meritus est tra-

ctabo.

Etabo. An non hic Aiax multos habet ſocios? Vtinam non plures haberet, quàm tales cenſeri volunt. Multi enim ſunt, qui in quibuſdam Deo parere ſe ſimulant: Non colunt Idola, quia Deus hoc prohibet: Non occidunt, quia hoc lege Dei cauetur; Et multa alia faciunt, vt videantur veri Dei cultores eſſe: Sed quando aliquis affectus ſuboritur, vel iræ, vel auaritiæ, vel cuiuſuis alterius rei, huic indulgent, huic morem gerunt: Non cogitantes obedientiam erga Deum copulatiuam eſſe, adeo vt qui in vno labitur, volens & ſciens, ſit omnium reus, hoc eſt, Obedientia ipſius in alijs non placeat. Hoc cùm Dauid ſanctiſſimus cogitaret, orat Deum in hunc modum: Doce me Domine viam tuam, & ingrediar in veritate tua, vnias cor meum,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

vt timeat nomen tuum. Petit Dauid vniri cor ſuum, hoc eſt, vt mens illuſtrata verbo Dei, & affectus cordis Spiritu Sancto mundati, & voluntas conuerſa ad Deum & actiones corporis in vnum veluti conſpirent, quo purè timeatur Nomen Domini. Nam ſi hæc diſſentiunt, obedientia grata non eſt & immaculata.

Flagitioſi præterea multos impediunt, ne viam rectam ingrediantur, qui tanquam phrenetici in vnum flagitium poſt aliud feruntur; ex eo ſe beatos putantes ſi ſcelerum enormitate inter homines, eiuſdem turpitudinis ſocios, (habenis verbi Dei prorſus excuſſis) triumphent. Quorum tanta eſt multitudo, vt non ſit opus exemplorum commemoratione. Multa etiam mihi in oculos incurrunt, non

ſine

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

ſine ingenti mœrore animi mei, in hac mea ſenectute. Sed te, ô Deus, oro, vt finem aliquando huic meo ſummo dolori imponas.

Hypocritæ ſequuntur, non multo meliores Tyrannis, quorum numerus maximus eſt: Hi lucem quidem verbi Dei prætendere ſe fingunt, ſed falſò. Nam loco veræ lucernæ ſuas tenebras, quas lucernas eſſe putant, hoc eſt, humanas traditiones venditant & ſequuntur, donec in horribiles tenebras præcipitabuntur. Vt ergo flagitioſi ad ſiniſtram deflectunt: Ita hi ad dexteram: Ambo à recta via aberrantes, non parum exemplo nocent.

Magi cum ſuis Diſcipulis, hoc eſt, cum iis qui ipſorum opera vtuntur, non minus à lumine vitæ aberrant,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

rant, alijſq; impedimento ſunt, quàm ſuperiores, de quibus diximus. Hi enim derelicto vero Deo, & ordinarijs medijs, quærunt auxilium à Diabolo aduerſario Dei in contemtum Dei; Cuius interdictum non curantes, contumaciter inſurgunt aduerſus Deum, bellum illi cum Diabolo & membris eius inferentes. Verùm quoniam hi ſuam turpitudinem foljs ficus tegunt, & nolunt videri tales quales ſunt, ego admodum nuper admonitionem quandam ſcripſi, de magicis artibus cauendis: Quæ nullo modo magis poſſunt ſtare cum pura & ſincera religione, quàm Belial cum Chriſto, & tenebræ Diaboli cum lumine Dei, in quo Sancti omnes iubentur ambulare. Cuicunq; ergo cordi eſt ſincera religio, ſciat iſtas

istas verbo Dei damnatas artes, non minus quàm Diabolum, & præsentissimam animæ pestem fugiendas esse. Occasionem scribendi de his artibus vitandis, præbuerunt mihi quædam tristissima exempla in hac vrbe: Quæ nominare nolo, cùm, quia spero eos, qui istis artibus polluti erant, resipuisse ante mortem; tùm, ne videar vllos traducere post mortem, qui potius commiseratione digni sunt. Te autem, ô Lector, quisquis futurus es, rogo, vt hunc meum exiguum laborem boni consulas: Et, si quem fructum inde perceperis, scias hunc libellum tibi dicatum esse. Vale in Christo Iesu. Et iudica de hoc meo scripto & alijs, non ex priuato affectu, sed iuxta verbum Dei, quod solum pijs, & regula doctrinæ,

&

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

& norma vitæ esse debet. Primo Iulij, Anno à natiuitate Dei & hominis, mediatoris & magistri nostri Vnici Iesu Christi 1575.

N. H.

Τοῦ λόγου ἀϊδίου ἔμεμ ἔυχδμάι ἢι μαθητὴς.

ηϕὴ νέΘ ἤδε γέρωμ ἱερὰ δι‌ζόμενΘ
ζώκς θεσπεσίκς σοφίκμ φέρε χρισὸς ἄνωθεμ,
ἐιδὼς παντα σαφῶσ, παντα ποιῶμ τε σόφωσ.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

DE SVPERSTI-
TIONE MA-
GICA.

QVOS GRÆCI σόφους hos Perſæ Magos nominarunt: vnde σοφία Græcis, & Perſis Magia, dicta eſt Sapientia, eaq; potiſſimum quæ eſt naturalium rerum excellens cognitio: & perſcrutatio motuum corporum cœleſtium: & effectuum eorundem in hiſce rebus inferioribus. Huius profeſſionis, hoc eſt Magiæ naturalis, fuere Perſæ illi, quorum meminit Mattheus cap: 2. eos à profeſſione Magos nominans.

Verùm quoniam Magi, hoc eſt σόφοι in magno precio fuerunt apud homines propter opinionem Sapien-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

tiæ, vnde non parum efferebantur, Diabolus occasionem non negligens, se Magis illis insinuauit, ac eos superstitiosa magia armauit, vt & ipsi Magi magis superbirent propter vberiorem sapientiam: et ipsius impostura locum haberet inter homines. quæ impostura Magia & Magica dicta est.

Magica ergo superstitio est, quicquid fit à Diabolo, mediante homine, quibusuis conceptis verbis, signis, figuris, characteribus, siue intercedit pactum expressum cum Diabolo, siue non.

Complector autem superstitionis magicæ nomine, omnia, illa, quæ Deut: 18. prohibentur hisce verbis: Non inuenietur in te diuiuans diuinationes, præstigiator, & augur, neq; maleficus, neq; incantator, neq; interrogans Pythonem, neq; magus (nomine gene-

generis pro certa ſpecie poſito) neq; quærens à mortuis. Abominatur enim Dominus omnem qui iſta facit. Hæc genera, magicæ ſuperſtitionis, vſitata fuiſſe in Ægypto, vnde tum recens exierant Iſraelitæ, non eſt dubium. Ne igitur conſuetudinem peſſimam, profanorum hominum, populus Dei imitetur, hoc mandato cauetur.

Verùm priuſquam genera illa ſuperſtitionis Magicæ à Moſe recitata & damnata definitionibus & exemplis declarabimus, quaſdam quæſtiones proponemus, & excutiemus. quarum iuſta determinatio, quid ſentiendũ ſit ſinceræ religionis amantibus, de vniuerſa Magia ſine errore oſtendet. Harum prima ſit, Vtrum hominis aut Diaboli inuentum ſit ars Magica.

Secunda, An reuera poſſint aliquid efficere magicæ artis periti.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Tertia, Liceat ne maleficia, maleficijs tollere.

Quarta, an excusabiles sint, qui vt liberentur à morbis per maleficium sibi illatis, implorent opem maleficorum.

Quinta, cur Deus permittat hanc sui nominis blasphemiam fieri inter homines.

DE PRIMA.

AD primam quæstionem, quam proposuimus, *Num ars magica sit hominis an diaboli inuentum*, ita respondeo; Quemadmodum Satanas post conditos homines in Paradiso, organo vsus serpente, primos nostros parentes fraudulenter aggressus est, eosq; ab obedientia erga Deum sophistica, & deprauatione verbi Dei abduxit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

duxit, fecitq; vt Deo renunciantes ſibi parerent, cuius contumatiæ pœnas grauiſſimas, cum tota ſua poſteritate luerunt, et prorſus æternum peryſſent, niſi Deus ex miſericordia, propter filium, eos noua promiſſione ſeminis erexiſſet: Ita dubium non eſt eundem impoſtorem Diabolum, poſt factam promiſſionem ſeminis, ſimili artificio vſum fuiſſe ad ſeducendos homines, ne promiſſioni diuinæ crederent. Quare conſentaneum eſt, quòd poſteris Caini ſit tanquam organis idoneis vſus, ad ſeducendos homines, per ſuas magicas impoſturas: Id quod vel ex 7. capit: Exodi, & 2. Theſſ: 2. manifeſtum eſſe poteſt. Aſſentior ergo Methodio, qui in ſuis reuelationibus in hunc modum ſcribit: Anno 340. Iared ſurrexerunt viri malæ artis inuentores, iniqui, & omni nequitia pleni, ex filijs Cain, vt

Iobeth & Tholuſcol filij Lamech, qui cœcus fuit, quorum dominatus Diabolus conuertit eos ad omne genus magicarum artium. Hæc Methodius. Eſt proinde minimè dubitandum, Satanam iſtas maledictas artes excogitaſſe, vt ita paulatim ſuis fœtoribus fontem verbi Dei lympidiſſimum inficeret, & verum vnius Dei cultum, ſuperſtitionibus & impoſturis in eius locum ſubſtitutis, aboleret.

Porrò abolita poſteritate Cain per diluuium, Zoroaſtres, qui poſt diluuium, tempore Nini regis Babylonici, vixit, et putatur fuiſſe Cham, nequam ille, filius optimi patris Noe, fertur impulſu Satanæ magicæ artis fuiſſe inuentor. De hoc Zoroaſtre in hunc modum ſcribit Auguſtinus de ciuitate Dei lib: 21. cap: 14. Solum quando natus eſt ferunt riſiſſe Zoroaſtrem, nec

ei

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

ei boni aliquid menſtruoſus riſus ille portendit. Nam magicarum artium fuiſſe perhibetur inuentor, quæ quidem illi, nec ad præſentis vitæ vanam fœlicitatem, contra ſuos inimicos prodeſſe potuerunt, à Nino quippe rege Aſſyriorum, cum eſſet ipſe Bactrianorum rex, bello ſuperatus eſt. Hic filium habuit Miſraim, à quo Ægyptij Babilonij & Perſæ genus ducunt, cui artem à ſe inuentam tradidiſſe dicitur. Ex quo factum eſt, vt AEgyptij, Babilonij & Perſæ in ea Diabolica arte præ alijs gentibus excelluiſſe perhibeantur.

Cæterum hic diligentiſſimè cogitanda eſt, κακοζηλία & aſtutiſſimũ perniciosiſſimumq; artificiũ Satanæ, qui vt tegat fallacias & inſidias, quibus humanũ genus in pernitiẽ adducere molitur, veluti ſimia hominem: ita ipſe Deum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

in propagandis ſuis deteſtandis impoſturis imitatur. Nam vt Deus, ad verum & ſalutarem ſui nominis cultum, hominibus commendandum, præter vera miracula, & diuina opera, quibus veritas doctrinæ cœleſtis demonſtratur, vtitur tribus potiſſimùm inſtrumentis: Verbo videlicet, quod in Propheticis & Apoſtolicis ſcriptis continetur: Sacramentis ſuo mandato nobis commendatis; quæ Sacramenta ſunt veluti quædam aſpectabiles conciones & obſignationes, iuxta illud Auguſtini dictum: Sacramentum eſt viſibile verbum: & Spiritu, quo Deus ipſe efficax eſt in prædicatione Euangelij, & in vſu Sacramentorum. His tribus adduntur piæ Ceremoniæ, quæ faciunt ad ornandum & conſeruandum miniſterium Euangelij: Ita Diabolus, quem Paulus Deum huius

Mun-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Mundi, id est, infidelium omnium vocat, præter ficta miracula (Sæpè enim facit suis præstigijs, vt videantur cæci, qui non sunt, et mortui, qui non sunt reuera mortui, vt locus sit ipsius fictis miraculis) habet suum verbum, habet sua, (vt ita dicam) Sacramenta, habet & Spiritum, quo efficax est in suo verbo & Sacramentis. His addit varios gestus Histrionicos & actiones tanquam ceremonias.

Verbum Satanæ est, partim verbi Dei abusio, partim eiusdem verbi deprauatio, per additiones stultas, partim excogitatio verborum obscurorum, quæ nec ipsi Magi intellexerunt, quibus efficacia quædam, ex eo solum, quòd recitentur, & audiantur, seu scribantur, tribuitur.

Sacramenta Satanæ, & ceremoniæ, non sunt vnius generis, vt signa-

tiones, characteres, figuræ, imagines, ligaturæ, periapta, breuia, pili, vnguues et quarumcunq; rerum, sicut sæpè à maleficis qui diuinitus rapiuntur ad supplicia, audire licet.

Spiritus Satanæ est afflatus quo suis mystis adest, & est efficax in suo verbo, Sacramentis & ceremonijs in pernitiem eorum, qui se sinunt ab illo contra Deum impelli, pluris facientes mendacium Satanæ, quàm Dei veritatem. In hos filios contumaciæ imperium habet Satanas, etsi non rarò, bonitate Dei, conatus ipsius impeditur. Nulla enim re magis Satan delectatur, quàm vt hominibus adimat fidem promißionum diuinarum, & eis metum comminationum excutiat; quò imitatione quadam Dei, sub Angeli specie, homines in omne superstitionis genus præcipitet, vt miserè tandem

cum

cum ipso pereant. Nonigitur ob aliam causam magicas superstitiones in Mundum inuexisse Satan putandus est, quàm, vt religione quadã sed peruersa, hominum animos occupet, ne veræ & salutaris religionis sint capaces, & saluentur, illo solo cum suis Angelis in æternos cruciatus coniecto.

Sed cur Satan ad hoc consilium confugit? Postquam satis intellexit malignus iste, se non posse hominibus persuadere omnem religionẽ et cultum abjciendum esse (habent enim omnes homines, vel maximè Barbari, vt Cicero testatur, quendam religionis sensum, quo intelligunt & Deum esse & colendum esse, idq; natura duce) confugit ad id quod proximum erat, & in locum veri & legitimi cultus, falsum & pernitiosum, sub quo omnis Magica verbi Dei profanatio, & aliæ impostu-

posturæ Diabolicæ continentur, substituit. Ex his facile est intelligere, quis sit autor magicarum superstitionum, quò tendant, & quo in loco eas apud Christianos esse oporteat.

DE SECVNDA.

SEcunda quæstio, quam proposuimus, est de efficacia magicæ superstitionis: Num videlicet reuera possint aliquid efficere magicæ artis periti, nec ne? Sunt qui affirmant, & sunt qui negant. Respondeo simpliciter & clarè, Deum nunquam suis legibus prohibuisse artem magicam, & eos qui eam exercent interfici iussisse, nisi ars illa aliquid præstare posset. Sapientissimus enim Deus non potest leges ferre de rebus, quæ vel non sunt, vel esse non possunt. Verum

rum hoc ita accipiendum esse volo: Maleficos suis proprijs viribus, & suis proprijs actionibus magicis nihil omnino posse. Nulla enim vis, aut efficacitas, recitationi verborum conceptorum, characteribus, imaginibus, breuibus, figuris, alijsq; quibus vtuntur magicæ artis periti, inest, sed Diabolus insinuans se hominibus, vt vel homines abducat in errorem, vel in errore confirmet, multa, permittente Deo, ad incantationes magicas operatur, siue pactum expressum cum Diabolo interceßit, siue non. Id enim facit, vt tandem deceptos sub religionis specie totos poßideat. Anicula Saga, non putat impium esse, quod recitatione conceptorum precaminum, & signationibus, hominis vel animalis alterius morbum curet, sed sanctum opus se facere stultè præäicat, cum illa tamen

men miserè abusa verbo Dei, paulatim abducitur magis magisq; à Deo, donec tandem planè seducta, cum Diabolo expressum pactum facit. Ex quo fit, vt interdum loquatur cum ea, vt nunc sub hac, nunc sub illa forma, se videndũ exhibeat, adeò vt interdum se ab ea flagellari, quod imperata non fecerit, simulet, atq; ita ex paruis initijs detestãda à Deo ad Diabolũ fit defectio.

Quod autem nulla vis insit verbis aut characteribus, alijsue instrumentis magicis hinc manifestum est. Chaldæi, Arcades, AEgyptij, Indi & alij multi populi, non secus atq; mancipia Satanæ apud nos, artibus magicis, & incantationibus vtuntur: sed dubium non est formas AEgyptiorum & nostrorum magorum et verbis et sententijs diuersas esse & dissimiles. Nam cum isti Christum, eius Euangelium & Sacramen-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

menta ignorarunt, alias omnino incantandi formas, alios characteras et figuras habuisse extra controuersiam est, quàm nostri Magi, qui Dei verbo, Christi nomine, sacris Euangelij verbis, aqua baptismatis, sacro pane, abutuntur, atq; illis adhibitis sua mysteria peragunt: Qua re se duplo peiores esse Chaldæis, AEgyptijs, alijsq; ignaris Dei maleficis declarant. Chaldæi enim & alij, quos nominaui, verbis Satanæ et malignorũ spirituum compellatione vtuntur: Nostri verò Dei verbo, Christi nomine blasphemè ad suas nugas diabolicas abutuntur, id quod paucis exemplis hoc loco declarabo. Chaldæi vtuntur coscinomantia, hoc est diuinatione, in qua cribrum cum forfice adhibebatur, tanquam Sacramentum Satanæ, quoties de re aliqua furtìm ablata quærebatur. Nostræ maleficæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

leficæ ſimilem Coſcinomantian, cum de clam ablatis quæritur, exercere ſolent, etſi eadem cum Chaldæis in diuinationis ſuæ myſterijs verba non habent, id quod omnino neceſſarium eſſet, ſi qua verbis conceptis, aut linguis ineſſet efficacia. Sacrificuli in papatu, loco cribri & forficis, libro Pſalmorum, cum claue alligata libro, iuxta Pſalmum ſoluuntur, impoſitis ordine vno poſt aliud nominibus eorum, qui ſuſpecti erant, in fiſtulam clauis, His ita paratis recitatur Pſalmus: Deus Deorum Dominus locutus eſt. Verum, ſi cum ventum fuerit, ad hæc verba Pſalmi: Si videbas furem currebas cum eo, liber ſe mouerit, & excutitur è digitis eorum qui eum tenent (Sunt enim tres perſonæ ad minimum in hac fabula) non dubitant reum furti eſſe eum, cuius nomen impoſitum eſt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

est claui. Quis non riserit has ineptias? Quis non videt Psalmum quem recitant, longè aliũ scopum habere? Hinc ergo quilibet facilè iudicauerit, quod nec in verbis magicis, nec in rebus quas adhibent, sit aliqua virtus efficiendi ea, quæ promittunt magi. Quare in Satana eam esse fateri necesse est, qui homines isto pacto sibi obnoxios reddit, cum ita abutuntur Dei verbo in propriam pernitiem. Nihil enim Satanæ iucundius est, quâm vt homines contra verbum Dei impellat. Nam vt nouit optimè frustra quæri salutem extra verbi Dei verum & legitimum vsum: Ita scit omnem abusum verbi Dei homini pernicioſum esse, atq; coram Deo abominabilem.

Verus autem & legitimus verbi Dei vsus, in his tantum quatuor situs est. Primum, vt mentes nostras

rectè instruat de rebus ad salutem cognitu necessarijs, vt de Deo, de Dei vero cultu, de peccato, de gratia, de pœnitentia, de mysterio incarnationis & passionis Domini, de iustificatione, deq; alijs ad salutem nostram pertinentibus. Deinde vt iuxta verbum fiduciam in Deum collocemus. Primus enim finis verbi cogniti est fides in Deum iuxta verbum. Tum, vt ex fiducia quam ex verbo concepimus, promissa bona per patientiam expectemus. Postremo, vt viuamus et agamus iuxta verbi præscriptum. Si in hoc vero & legitimo verbi Dei vsu manserimus constantes vsq; ad finem, iuxta promissionem Domini, salui erimus. At qui contrà fecerit, & quouis modo abusus fuerit sancto Dei verbo, contra ordinationem diuinam, Deum tentat, salute excidit, satanæ se mancipat;

Qua-

Quarē non dubitabit se Deum inuenturum seuerum iudicem in extremo die, nisi maturè resipiscat.

Monachus quidam Gotschalcus nomine, scribit se nouisse fœminā, quæ cum grauissima oculorum infirmitate laboraret, accedit quendam scholasticum, conqueritur de dolore oculorū, petit vt, si quid possit, sibi succurrat, promittit mercedem liberalem. Quid hîc facit scholasticus? Etsi remedium ignorauit: Tamen propter spem lucri, promittit se effecturum, vt conualescat. Sumit ergo chartam, in qua scribit characteres, nunquam antea à se cogitatos vel visos. Infra hos addit hæc verba, maiusculis literis: DIABOLVS ERVAT TIBI OCVLOS, ET FORAMINA STERCORIBVS REPLEAT. Hanc chartā complicatā & inclusam panno,

iußit mulierem alligare collo, Mulier obtemperat & ſanatur. Verum poſt annum vnum atq; alterum, mulier cupiens ſcire quid charta contineret, aperit, curat legi, iraſcitur, abijcit chartam, quo facto, morbus oculorum redit. Quis non videt, quod nec in characteribus, nec in verbis ſcriptis fuerit aliqua efficacia? Vnde ergo niſi à Dæmone, qui iſta fraude delectabatur?

Sunt qui norunt quid mihi acciderit ante annos plus minus 24. Docui dialecticam, & cum περὶ τῆς ευποριας τῶν προτάσεων agerem, recitaui & declaraui verſus hos, olim in ſcholis vſitatos.

Fecana, cageti, daphenes, gebare, gedaco,
Gebali ſtant, ſed non ſtant phebas, hecas & hedas.

Hic

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Hîc ioco addidi, valere hos versus contra febrim, si singula verba inscriberentur pani, et ægroto ordine darentur, ita vt quotidie vnum frustum panis, cum inscripto verbo comederet. Quid hic accidit? Aderat quidam homo simplex & bonus, qui iocum non intellexit, sed credidit rem serio agi. Cum ergo post paucos dies, famulus quem tum habebat, incideret in grauissimam febrim, dat ægrotanti primo die frustum panis, cui inscriptum erat primum verbum, Fecana, & deinde ordine vsq; ad sextū verbum, Gebali, tum enim sanabatur febricitans. Alij autem videntes efficaciam amuleti, secuti sunt exemplum & multos curabant. Tandem patefacto ioco, virtus amuleti defecit. Quid possumus hîc aliud dicere, quàm Diabolum hîc homines diluisse?

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Postremo et hinc patet sagarum et maleficarũ incantationes per se inefficaces esse, quia, vt testatur Augustinus, postquam vulgo innotuerint, concepta incantatorũ verba, non amplius recitata vim habent. Nam Diabolus vulgò innotescere sua mysteria non patitur, ne hominibus cordatis quam sint ridicula, appareat, Atq; ita ipse cum sua arte in contemtum veniat. Est & hæc causa cur fœminis sæpius quam viris vtatur. Fœminæ enim, vt Eua, facilius à Satana seducuntur.

Cùm igitur pleriq; veterum, veræ religionis ignari, existiment magicas artes naturaliter non obesse, sed vnumquemq; cogitatione & imaginatione sua, semetipsum incantare, plurimum errant. Non enim sequitur; Magicæ artes naturaliter non obsunt. Ergo non obsunt. Tametsi enim natura non

obsunt,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

obſunt, vt faſsi ſumus: Tamen aliunde obſunt, nempe virtute Satanæ, qui in ſuis artibus efficax eſt, ad miſeros homines decipiendos, vt probatum eſt. Non ergo verum eſt quod inferunt, Vnumquemq; cogitatione & imaginatione ſua ſemetipſum incantare.

DE TERTIA.

TErtia quæſtio, quam excutiendam propoſuimus eſt: Num liceat maleficia maleficijs depellere? hoc eſt, an artis magicæ peritis liceat ſua arte morbos maleficijs illatos curare nec ne? Ad hanc quæſtionẽ breuiter reſpondeo. Similis eſt impietas nocere & prodeſſe arte magica. Non enim magis licet Diaboli opera vti ad iuuandum, quàm ad perdendum. Vtrumuis feceris à Deo recedis, & in caſtra Satanæ te recipis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Verùm huic ſententiæ noſtræ aduerſatur lex Conſtantini, quæ eſt in codice hiſce verbis: Eorum eſt ſcientia punienda, & ſeueriſſimis meritò legibus vindicanda, qui magicis accincti artibus, aut contra ſalutem hominum moliri, aut pudicos animos ad libidinem deflexiſſe deteguntur, nullis vero criminationibus implicanda ſunt remedia humanis quæſita corporibus. Hîc Imperator diſtinguit inter magos, qui ſuis artibus nocent, & eos qui magicis remedys videntur prodeſſe hominibus, illos condemnans, hos iuſtificans, vt pœna indignos.

Primum reſpondeo ad rationem vtilitatis, quam prætendit legiſlator. Certum eſt Diabolum hoſtem eſſe humani generis, qui nunquam vult niſi pernitiem hominum. Et vt eſt vafer ad omne malum, ſæpè ſub vtilitatis

præ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

prætextu homines decipit, et à Deo abducit. Hic erat ipsius primus conatus, & erit postremus. An non primos nostros parentes vtilitatis prætextu decepit? Eritis, inquit, similes Deo, scientes bonum & malum. Sed euentus declarauit, qualis fuerit ista vtilitas. Sic ergo de omnibus operibus Satanæ, in quorum numero sunt omnia quæ fiunt artibus magicis, siue bona videntur, siue mala, statuendum est. Omnia opera Satanæ semper sunt mala, & semper ad malum tendunt, qualiacunq; stultis hominibus esse videntur. Sanat interdum corpus, sed animam inficit, quæ multo est corpore præstantior. Iam si anima est præstantior corpore, profecto morbus animæ multo nocentior erit, quàm corporis; nec vnquam Satan corpus sanat, nisi in vtriusq;, id

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

est, animæ & corporis pernitiem. Hæc si cogitasset Imperator, non spectro vtilitatis tam fœdè fuisset fascinatus.

Iam ad legem ipsam veniamus, videamusq; an sententia imperatoris legis nomen & dignitatem mereatur, nec ne? Si iusta fuerit, digna erit legis nomine: At si iniusta, & iniqua, quis eam legis nomine dignabitur? Age ergo ne fallamur iudicio, videamus quæ ad iustæ legis rationem pertineant.

Duo requiruntur in quauis iusta lege, ratio recta, & autoritas iusta.

Ratio recta in humanis præsertim legibus, pendet ex duabus rebus, videlicet ex origine & fine. Vtrumq; complectitur Cicero, dum ita legem definit: Lex nihil aliud est quam recta & à numine tracta ratio, impe-

imperans honeſta, & prohibens contraria.

Origo debet eſſe ex fonte proprio legum, qui eſt vnus tantum, videlicet, æterna lex Dei, præcipiens æternam Dei & hominis dilectionem.

Finis duplex legis erit, Subordinatus, & principalis, quorum prior, qui eſt incolumitas & vtilitas populi, ſeruire debet poſteriori, id eſt principali, qui eſt gloria Dei. Nam ſi huic non ſeruit lex, nequaquam iuſta eſſe poteſt. Nunc autem lex Imperatoris de magicis remedijs, aberrat à iuſta ratione. Nam & pugnat cum æterna lege Dei, ex qua originem duceret. Manifeſtè enim aduerſatur dilectioni Dei, quæ iubet omnia bona & ſalutaria à DEO peti & expectari per ordinata media: Et pugnat cum vtroq; fine legum, videlicet ſubordina-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

ordinato & principali. Nam vtilitas quæ videtur esse vnius aut alterius, vtilitas dici non potest, modo respicimus ad vniuersum populum, seu corpus multitudinis hominum iuris consensu & vtilitatis communione sociatæ. Nam plurimi scandalo vulnerantur, vt deficiant à Deo, ex quo fit, vt etiam aberretur à fine principali, & in contrarium incurratur.

Verùm si quis obijciat priuilegia non posse cum ijs, quæ de vtilitate totius reipublicæ diximus, stare, & propterea ratione, iuxta nostram sententiam destitui. Respondeo, totius interesse Reipublicæ, præmia virtutum rerumq; benè gestarum, & testimonia gubernatorum erga benèmeritos, quibus alij inuitentur ad benè merendum de republica, extare. Hinc enim manant priuilegia, certis ordinibus hominum,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

minum, & perſonis egregiè meritis data, quæ tum demum iuſta ſunt ſi citra aliorum iniuriam conceduntur, & dantur benè meritis, hoc eſt, ſi priuilegiorum gubernatrix fuerit Iuſticia diſtributiua, quæ reddit ſingulis τὰ καθήκοντα: Hoc cum fit, priuilegia potius noſtram ſententiam confirmant quam lebefactant.

Hactenus de ratione legum, iam de autoritate dicamus. Nam ad iuſtæ legis ſanctionem requiritur, vt diximus autoritas, quæ eſt legitimi magiſtratus in ſubditos poteſtas. Hæc autoritas, etſi ſemper iuſta videtur ſubditorum reſpectu, fit tamen iniuſta ſi autoritati diuinæ ſe non ſubijciat. Nam, vt humana autoritas eſt finita: ita par eſt, vt ſe autoritati infinitæ, quæ ſolus Dei eſt, ſubijciat, à qua ſi diſce-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

discedit humana autoritas, abusu fit iniusta. Imperator igitur cùm suam legem non subijciat Deo, vt ex superioribus patet, autoritatem, qua pollere deberet, amittit. Sequitur ergo istam Imperatoris legem iniquam esse, & indignam legis nomine.

At, inquies: Apostolus dicit, parendum esse non solum bonis sed etiam malis. Mali autem absq; dubio sunt qui iniquas ferunt leges. Respondeo: Iniquitas legum variat. Quædam enim leges sunt iniquæ et impiæ simul. Iniquæ quidem, quia à ratione legum iustarum discedunt, vt quæ nec ab æterna lege Dei extruantur, nec commodum Reipublicæ, sed vnius aut paucorum, plurimorum damno, spectent. Impiæ vero, quarum obedientia præstari non potest, nisi eos qui obediunt faciant impios.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

impios. Huiusmodi lex fuit Nabucdonosor regis Babylonici, qui mandatum proposuit de adoranda statua, quam erexerat. Similiter & lex de non inuocando Deo intra triginta dies. Istæ leges iniquæ fuerunt & impiæ. Iniquæ quidem, quia cum principio legum iustarum pugnabant: Impiæ vero, quia optemperantes istis legibus impietatis rei fuêre. Quare tres illi viri potius voluerunt in caminum ardentem conjci, quàm adorare statuam regis, & Daniel malebat conjci in lacum leonum, quàm impio edicto parere, de Deo intra triginta dies non adorando. Tales sunt pleræq; leges pontificiæ, de adorandis statuis, de idolo missæ, de inuocatione Sanctorum, & de multis alijs rebus. Quare Principes quidam laudandi sunt, qui renunciarunt Papæ obedientiam, in tam iniquis & impijs

impijs legibus. Sanctè etiàm hodie faciunt qui malunt mori, quàm impietati tyrannorum consentire. Ab huiusmodi legum obedientia absoluit nos autoritas supremi legislatoris Dei, iuxta illud : Magis obedire oportet Deo quam hominibus. Potius proinde mortem oppetere, quàm huiusmodi legibus obedire debemus. Quædam sunt iniquæ & non impiæ. Iniquæ quia discedunt à ratione iusta, vt modo diximus. Non impiæ, quia ijs parere possumus, vt nos impietate non inuoluant. Talis fuit lex Pharaonis, qui multa onera et intolerabiles labores mandauit populo Iudaico. Huius generis sunt leges multorum tyrannorum, qui nouis oneribus, præter iustam necessitatem, miseros subditos affligunt. Harum legum obedientia requiritur à pijs, cùm propter mandatum Dei : Obedite discolis,

ſcolis, tùm propter publicum bonum, hoc eſt, pacem & concordiam in humana ſocietate. Igitur Paulus vult nos obedire non ſolum propter iram, verumetiam propter conſcientiam. Hæc prolixius de hac quæſtione diximus, vt ſtudioſi intelligant quid iudicandũ ſit de humanis legibus, & quatenus ſit eis obediendum.

DE QVARTA.

QVarta quæſtio, quam excutiendã promiſimus, eſt hæc: Num excuſabiles ſint, qui, cum ipſi magicæ artis ſint imperiti, vt tamen liberentur à morbis, per malefica (vt putant) ſibi illatis, implorant opem maleficorum nec ne? Qui tales excuſari poſſe putant, in hunc modum ratiocinantes

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

ſeu potius nugantes, & ſe & alios miſerè decipiunt, & à Deo abducunt. Si, inquiunt, ſanitas corporis, donum Dei eſt, & res bona, cur non quauis ratione amiſſam, recuperare licebit? Si itaq; Diabolica arte eſt ablata, cur non eandem licebit Diabolica arte repetere?

Iis qui ſic ineptiunt reſpondet Auguſtinus hiſce verbis: Qui ſine ſaluatore ſalutem vult habere, & ſine vera ſapientia æſtimat ſe prudentem fieri poſſe, non ſanus ſed æger, non prudens ſed ſtultus, in ægritudine laborabit, et in cœcitate noxia, ſtultus & demens permanebit. Ac proinde omnis inquiſitio & omnis curatio quæ à magicis artibus expetitur, mors potius eſt dicenda quam vita. Hæc Auguſtinus, Cuius ſententiã canoniſtæ legi Conſtantini, de qua ſupra diximus, rectè opponunt, non propter autoritatis papalis eminenti-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

nentiam, ſed propter veritatis euidentiam. Sed Paulum per ſpiritum Dei loquentem audiamus. Digni ſunt morte, inquit, non ſolum qui mala faciunt, verumetiam qui mala facientibus conſentiunt. Iam quæro, an quiſquam poſſit expetere remedium à maleficis, niſi illis conſentiat? Quomodo enim poterit eos conſulere, ſine conſenſu? Proinde iuxta Pauli doctrinam, eiuſdem impietatis reus peragitur, & eiſdem pœnis obnoxius eſt apud Deum, et qui artem exercet magicam, & qui ex ea remedium petit.

At, inquies, ſi eſt peccatum quærere valetudinem amiſſam à ſagis, profecto non erit ita magnum peccatum. Recuperata ergò valetudine, poteſt expiari Eleemoſyna & alijs bonis operibus. Primum reſpondeo, peccatum non menſura ſenſus noſtri, ſed

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

verbo Dei metiri debemus. Nunc autem, cùm verbum Dei pares facit facientem & consentientem, nos non debemus eos impares putare. Præterea lex Dei disertè ait, Leuit: 20: Animam quæ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam eam de medio populi. Hoc Domini mandatum stultæ rationi hominũ quorumcunq; opponamus. Nam apertè Deus affirmat, quod & irascatur vtrisq;, & quod velit vtrosq;, hoc est magos ipsos, & eos qui eorum opera vtuntur, de medio populi sui tolli, videlicet per Magistratum, etsi sæpè fit, vt, iuxta prouerbium, Coruus euadat, & columbus sub censura iaceat.

Deinde quod de panitentia adferũt, & de Eleemosyna aliisq; bonis operibus, quibus se redimere velle illud peccatum

catum, si quod est, affirmant, valde & stultè & impiè dicitur. Stultè quidem quod illud proponunt, vt certum, quod non est in eorum manu facere, incerti & de vitæ termino & de gratia resipiscentiæ: Præsertim cùm multi scientes & volentes labuntur, qui nunquam per pœnitentiam rursus erigun-tur, vt Saul qui consuluit Pythonissam, sed desperatione & æterna morte miserrimè opprimuntur. Stultum est etiam non rectè æstimare morbum corporis, humano sensu vel maximum, & lepram spiritualem animæ. Nam dum morbum corporis per maleficia tolli studes, lepram spiritualem animæ ac-cersis, quam stulticiam Cicero etsi Eth-nicus damnat, cum ait: Quo maior est vis animæ quam corporis, eò grauiora sunt mala, quæ anima concipiuntur, quam quæ corpori inferuntur. Impiè

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

vero, quod Deũ improbè tentent, quasi ipsum haberent in sua potestate, vt ferat, velit nolit, eos cũ peccant, et recipiat rursus in gratiã, cũ ipsis peccare amplius non libuerit. Perinde enim est ac si dicerent Deo: Verte huc maxillã, et alapã accipe, mox te rursus osculo placabo.

Verum, ne quis seipsum futilibus anicularum sermonibus seduci sinat, age, videamus quàm multa enormia scelera in ijs, qui remedia à sagis, id est, demonũ ministris, petunt, concurrant. (Neq; enim existimandum est, vnum solummodo scelus hîc esse, cùm nunquam vllum scelus solitarium esse possit.) Nam suo facto fidem excutiunt: dilectionem Dei deponunt: timorem Dei exuunt: ordinationem Dei contemnunt: promissionem diuinam in dubium vocant: & eam patientiam, quæ Christianorum propria est,

est, abiciunt. An non mors ipsa tantis malis meritò esset anteponenda? Esset sanè si rectè inter bona & mala discernere possemus: Esset, si statueremus Deum & inspectorem et vindicem esse scelerum. Sed ne quis, quæ diximus, terriculamenta tantum puerilia esse putet, scripturis ea confirmemus.

Primũ igitur dico isto nefario facto fidem excuti. Nam fidei propriũ est in afflictionibus in solum Deum fiduciã collocare, iuxta ipsius verbum. Hæc fides stare non potest cum artibus vanitatis. Ideo Dauid Psal. 31. ait: Odi obseruantes vanitates falsitatis, ego autem in Domino speraui. Hic manifestè opponit Dauid obseruationem vanitatum falsitatis (per quas intelligit omnes illicitas artes, mediaq; non ordinata, ad quæ confugere solent ignari Dei in suis aduersis) & fiduciam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

in Deum, significans hæc duo in eodem homine simul consistere non posse. Cùm igitur proprietas naturalis fidei sit in solum Deum fiduciam collocare, satis manifestum est, eos, qui contra Deum illicita quærunt media, fidem abijcere. Nulla enim res sine suis naturalibus proprietatibus consistere potest.

Præterea, si vox fidei est, vt reuera est: Ad Dominum cum tribularer clamaui, profecto non est fidei, in suis quibusuis afflictionibus, Sagarum opem implorare, sed potius Ethnicæ diffidentiæ. Quicunq; ergo hoc facit, fidem professionis, cum sceleratis multis habere potest: Fidem historiæ, cum dæmonibus contremiscentibus retinere potest: Spectrum fidei & somnium cum Hypocritis iactare potest: Sed viua fiducia in corde, quæ fi-

liorum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

liorum Dei est propria, qua in vno Christo saluatore acquiescunt, fœtoribus Satanæ est extincta. An non Paulus testatur vastata conscientia naufragium fidei fieri? Milita, inquit, honestam militiam, retinens fidem & bonam conscientiam, qua quidam repulsa naufragium fidei fecêre. Quomodo obsecro bonam conscientiam habebit is qui relicto Deo, ad ipsius hostem in suis aduersis confugit? Accidit sane huiusmodi homini, quod naui in mari. Nauis amisso gubernatore, huc illuc vndis pellitur, donec submergatur prorsus: Sic homo, amissa fide, Diaboli iactatur procellis, donec salutis iacturam fecerit. Pugnat proinde cum viua in Deum fide, cum quocunq; morbo quis premitur siue animi siue corporis, opem Sagarum implorare.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Deinde dico dilectionem Dei imploratione ſagarum deponi. Quomodo enim poteſt Deum diligere, qui diligit quod Deus odit? Ideo Dauid ait: Qui diligitis Dominum odite malum. Fieri ergo non poteſt, vt ſimul & Deum & malum quod odio habet Deus, diligas. Quomodo poteſt Deum diligere, qui mandatum eius contemnit? Si diligitis me, ait Dominus, ſeruate mandata mea. Nunc autem mandat Deus vt ad ſe ſolum in afflictionibus confugiamus, & non ad magos. Inuoca me, inquit, in die tribulationis, & ego eripiam te. Quomodo ergo quæſo Deum diligit, qui hoc mandatum Dei contemnit? verbo fortè, ſed corde minimè. Vnum enim & idem cor, non eſt capax Dei & Satanæ, qui operatur per ſagas.

Tertio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Tertiò dico timorem Dei tam sacrilego ausu excuti. Nam qui timet Deum, non vt seruus sed vt filius, is ex dilectione timet, reueretur sincerè & castè: cauet omnibus modis offensam, id est, vitat prohibita, & ingrata odit: facit imperata, idq; non coactè sed cum delectatione. De reuerentia loquitur scriptura Malachiæ 1. Filius honorat patrem & seruus Dominum suum, Si ego pater, vbi est honor meus? Et Angelus Apocalip: 14. Timete Dominum & date illi honorem, quia veniet hora iudicij eius. De cauenda offensa loquitur Salomon: Qui timet Dominum recedit à malo. Et Syracides: Qui timet Dominum expellit peccatum. De imperatis faciendis loquitur Dauid cùm ait: Beatus vir qui timet Dominũ, in mandatis eius volet nimis. Syracides: Qui timent Dominum

num inquirent quæ beneplacita sunt illi. Quomodo consulentes veneficas, vt sanitatem amissam recuperent timent Deum, cùm illi honorem debitum non præstant, cùm sectantur prohibita & damnata à Deo media, cùm contra imperata, scientes & volentes tanquam phrenetici, ruant?

Quarto dico eos, qui ad magica remedia confugiunt, ordinem diuinitus institutum contemnere. Ordo autem recuperandæ sanitatis amissæ diuinitus constitutus, quatuor habet gradus.

Primus gradus est, vt qui quouis malo affligitur vel tentatur, inquirat causam mali quo premitur, non extra se, sed in semetipso. Causa autem hæc est, Vniuersalis quidem originale malum, propter quod omnes homines variis morbis & ærumnis obnoxij sunt, & diuinitus puniuntur, vt Paulus docet,

cet,

cet, ad Rom: 1. Est enim iudicium Dei secundum veritatem in eos homines qui peccauerunt. Peccauerunt autem omnes. Accidentaria vero seu specialis causa est personalis lapsus, isq; multiplex, qui pœnis diuinitus illatis punitur, vt emendetur qui peccauit.

Secundus gradus est, vt afflictus quærat remedium eius partis sui, quæ peccati commissi causa erat, hoc est animæ. Remedium autem hoc nullibi inuenitur, nisi in apotheca Dei summi illius medici. Quænam est hæc apotheca? Verbum Dei in Propheticis et Apostolicis scriptis nobis commendatum. In hac apotheca sedet medicus IEsus Christus. Medicina quam vulneri animæ applicat, est vera pœnitentia, qua homo afflictus dolet de commissis peccatis, & confugit ad propiciatorium, petens remissionem peccatorum in ve-

ra fi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

ra fiducia mediatoris. Quod cùm fecerit seriò, absq; omni dubio curari animam, & eius vulnera sanari, precioso sanguine Christi sentiet.

Tertius gradus est, vt afflictus sanatis vulneribus & morbis animæ, confugiat ád eundem medicũ, ipsumq; roget cum conditione, in hanc sententiam ex firma in ipsum fiducia: Sana me Domine, si mihi vtile est: sin minus, da nomini tuo gloriam, & mitiga cruciatus meos, pro tua iusticia & paterna misericordia. At si ne hoc quidem tibi videtur, noli tollere à me misericordiam tuam, sed da gratiam, vt forti animo feram, quod tu vis mihi esse frenum, ne ferociam aduersus te & peream.

Quartus gradus est: in hunc modum composito animo, & impetrata peccatorum venia, afflictus ordinata diuini-

diuinitus remedia quærat. Nam Deus vt est optimus : ita trium rerum genera in humanos vsus condidit.

Primum, sine quo viuere non possumus, hoc est, necessaria ad victum & amictum, idq; in tanta copia & varietate, vt & copia sufficiat, & varietas fastidium tollat. Si quis autem interdum his destitui videtur, est vel pœna ingratitudinis erga Deum: vel signum pigritiæ: vel fœde profusionis inditium: vel probatio fidei.

Deinde quia hæc vita recreatione opus habet, vt non perpetuis laboribus tabescat, condidit Deus res voluptati seruientes, quibus in timore Dei & castè pijs vti licebit.

Tertio quia hæc vita varijs morbis obnoxia est, noluit Deus vel in hac parte hominibus suo munere deesse.

Con-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Condidit ergo lapides pretioſos, gemmas, herbas & alia quibus vis curandi affecta corpora ineſt, & quæ videntur in his venenata eſſe, vſu ſalutaria ſunt & abuſa noxia, quemadmodum ſuperiora. Omnes enim creaturæ Dei abuſu nocent, vſu proſunt. Atq; propter hanc cauſam Deus vult nos in honore medicum habere. Ita enim ſapiens Syracides ait cap: 38. Honora medicum propter neceſſitatem honoribus ſuis (ſcilicet reuerentiæ, qua agnoſcimus dona Dei in medico, & mercedis, qua compenſamus medici operam) Etenim Dominus creauit illum. Item: Dominus medicamenta procreauit è terra, & vir prudens ea non abhorrebit. Cum ergò medicina ad hanc originem et autoritatem Dei reuocatur, tunc veris et ſuis ornatur honoribus. Ideo Homerus recte dicit: ἰατρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλ-

λωρ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

λων ἀντάξιος ἄλλων, *hoc est, vnus medicus multis alijs comparandus seu æquandus est. Qui igitur verè pius est, suo ordine & loco vtitur hoc diuino dono; quo si adiutus fuerit, agat Deo gratias; sin autem minus, non imputet medico, quod sua culpa curari non poterat: Sed cum sanctissimo Iob dicat: Etiamsi Deus me occiderit in ipsum sperabo, cogitetq; morbum corporis medelam esse animæ, atq; hoc tandem pacto, iuxta Poëtæ dictum, leue fit quod benè fertur onus. Qui autem intra hos limites non manserit, sed extra ordinem diuinum damnata remedia quæsierit, ordinationem Dei contemnit, dignus pœnis præsentibus & æternis.*

Sed quid hic facit Satan? Suos ministros magos admodum astutè fallacijs suo more armat. Nam multi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

malefici, vt impoſturas ſuas tegant, adhibent neſcio quas herbas, item aquam diſtillatam, & dicunt ſe naturalibus remedijs rem agere, & ſub hoc prætextu ſuis exorciſmis, figuris, characteribus, & precaminibus vtuntur, & rem planè magicam exercent, fingentes ſe iuxta ordinationem Dei omnia facere, cùm illã ſacrilegè polluant, homineſq; credulos pernicioſè ſeducant. Atq; ita Satan mille vijs ad fallendum vtitur. Et, vt de Protheo dictum: Formas ſe vertit in omnes, Hoſtiliter hunc inſequens, huic fallaciter ſubueniens, vtrobiq; nocens. Quid enim expectandum eſt boni ab eo, qui maximus eſt hoſtis generis humani, & planè ἄσωτος, vt qui in concordiã cum homine redire nunquam poſsit? Proinde ſi verum eſt prouerbium, quod eſt apud tragicum Poëtam Sophoclem:

ἐχθρῶν

ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, καὶ οὐκ ὀνήσιμα: *Hostium dona mala dona sunt & non vtilia: Profecto hîc verissimum erit. Diaboli ergo remedia corporibus humanis adhibita procul omni dubio venena sunt animæ, quocunq; tandem colore à vanis hominibus pingantur & excusentur.*

Quintò dico eos, qui interdictis remedijs vtuntur, ad recuperandam sanitatem, reuocare in dubium promissionem diuinam, videlicet: Inuoca me in die tribulationis, ego eripiam te, & glorificabis me. Hîc tria coniunguntur: Mandatum, promissio & promissionis euentus. Mandatum, inuoca me. Me, inquit, inuoca, id est, Noli quærere aliunde auxilium, sed statue auxilium tuum esse à Domino, qui fecit cœlum & terram, idq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

nunc immediatè, nunc per media diuinitus ordinata. Promissio est, Eripiã te. Non vult ergò vt aliò confugias, sed vult vt hanc promissionem fide accipias. Promissionis euentus signo indicatur, Et glorificabis me. Hac glorificatione testaberis te à me adiutum esse.

Sexto dico eos abijcere patientiam Christianorum propriam, qui confugiunt ad damnata remedia. Est autem hæc vox Christianæ patientiæ: Etiamsi occiderit me, sperabo in eum, id est, non quæram illicita & damnata media, sed constanter feram quicquid mihi acciderit ex clementissimi patris voluntate. Patientia ergo ostendit quantum quisq; in schola Christi profecerit: Prouerb: 19. Doctrina viri per patientiam noscitur; contra vero, impatientia hominem aut parum

rum admodum, aut nihil profeciſſe in ſchola Chriſti, cùm hominem impellit, vt contra Deum feratur, & quærat media prohibita, iuxta illud: Impatiens patefacit ſtulticiam ſuam. Sed de patientia aliâs plura.

Habet adhuc humana vanitas quod in ſui pernitiem, veritati opponat. Licet, inquit, hominis impij, vt Iudæi increduli, Turci blaſphemantis nomen Chriſti, apoſtatæ, & cuiuſuis ſcelerati hominis, medicina ad depellendum morbum, vndecunq; illatum, vti, Cur ergo non licebit ad caput ipſum, cum membra deficiunt confugere? præſertim cum Diabolus naturæ rerum, gnariſſimus, in multis morbis, abſq; omni dubio naturalibus vtatur remedijs, in quibus ipſe Deus reuera eſt efficax? Hoc argumentum ſpeciem habet, ſed veritatem non habet. Quid

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

enim hoc aliud est dicere: Flectere si nequeo superos Acheronta mouebo. Fateor sanè quod Diabolus in multis morbis, naturalibus vtatur remedijs, fateor etiam quod Deus sit in istis remedijs efficax. Fateor & hoc quoq; quod multi medici apud Turcas & Iudæos sint membra Diaboli. Sed tamen vanissima est hæc conclusiuncula: Licet impijs hominibus vti in morborum curatione. Ergo licet etiam opera Satanæ per veneficas vti. Nam illud permittitur, hoc prohibetur; Illud est ordinis diuini, hoc contra diuinum ordinem; Illud est necessitatis probatæ, hoc vanitatis damnatæ. Cum ergo pijs regula actionum debet esse verbum Dei, non sinunt se ista conclusiuncula capi. Quod autem impij dicantur membra Diaboli esse, rectè accipiendum est, Qualitate enim, &

non

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

non ſubſtantia, Imitatione, & non natura, Malicia, & non arte ſua, ſunt membra Diaboli. Ars enim ipſa donum Dei eſt, quam Deus vult exerceri per homines, & non per impoſtores ſpiritus. Verùm quod Deus ſit efficax, in remedys Diabolorum, non magis excuſat conſulentes ſagas, quàm adulteros, in quibus Deus eſt efficax, ad procreandos proles, quarum multæ ex diuina benedictione non parum vtilia in Republica & Eccleſia efficiuntur organa, vt de Gedeone legimus, & alijs non paucis. Eſt autem in primis diſcernendum inter hominis factum, & modum agendi, naturis rerum in creatione diuinitus attributum. Deus vetat ne quis adulterium committat. Qui ergò contrà facit, reus eſt coram Deo, nihilominus tamen Deus effi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

cax est in adulteris procreantibus proles, quia vult modum agendi in creatione naturæ singulis datum non destruere, sed conseruare tam in adulteris quam in alijs. Ad eundem modum Deus prohibet, ne vtamur magorum opera in depellendis morbis, & contra suum interdictum facientibus minatur pœnas: Idem tamen Deus efficax est in pharmacis, quibus vtitur Diabolus, cùm ad inferendos tùm ad depellendos morbos. Non ergo iuuat consulentes veneficas, quod Deus sit efficax in remedijs, quæ Satan ad illarum precamina in minima quantitate applicat, nunc immiscens cibo & potui occultè sua pharmaca, nunc adhibens externè sine humano sensu, herbas vel lapides, vel aliud quod efficax esse nouit ad nocendum vel iuuandum. Sed quid multis? An non in baptismo renun-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

nunciasti Satanæ & operibus eius, & Christo nomen dedisti? Cur ergo nunc contra fidem Christo datum, recurris ad eius hostem Diabolum, vt ipsius opera libereris à morbo? Profecto hoc aliud non est, quam abiurare Christum & in eius locum Diabolum subrogare.

Sed videor mihi audire quomodo benè garrula anicula mihi obstrepat. Quis, inquit, ita credit? quis diligit? quis sperat? quis obedit sicut deberet? Quis dicet? purum est cor meum, & mundus sum à peccato? An non in multis delinquimus omnes, Si tu ergo perfectus es, solus in cœlum conscende. Si tu extra illorum numerum es, de quibus Iohannes loquitur, cum ait: Si dixerimus peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, non opus habes Christo: non est tibi necesse precari cum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

alijs: Remitte nobis peccata nostra. Huic garrulæ aniculæ sic respondeo: Via stulti recta est in oculis eius. Tibi quidem sapis, sed tua sapientia summa stulticia est. Nam vt tua defensio iniusta est, etsi sententias loqueris veneficа, sic insultatio tua maligna est. Iniusta est defensio tua, cùm quia peccatum peccato non abluitur, tùm quia non discernis inter peccata humana (quibus sæpè sancti, non volentes & scientes offendunt, qualia sunt ea, de quibus Solomon, & Iohannes loquuntur, & sancti deprecantur, dicentes: Remitte nobis debita nostra. In horum peccatorum catalogo, me vnum esse agnosco, & cum illis, remissionem peccatorum, ex fide in Christum peto,) & peccata Diabolica, quibus tu renuncias Christo et Satanæ te subijcis. Nam contemto Christo confugis

ad

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

ad ipsius hostem Diabolum, & ab ipso, in tuis eorumq; qui tibi mercedem promittunt, morbis, remedium quæris, contra illud dictum Domini: In me tantummodo auxilium tuum. Insultatio tua maligna me non frangit. Non enim ignorare possum, hoc esse artificium Satanæ magistri tui vsitatissimum, vt cùm ratione vincere non possit, crudelitate & Sophistica rem agit. Quare non tàm insultatione tua perturbor, quàm doleo vicem tuam, quæ non solum contra Christum bella geris, verùm etiam impietatem tuam defendis, tanquam rem benè gestam. Hoc vnum tibi dictum volo: Qui Christum non habet nihil habet, etiamsi Cræsi opes possideat. Quomodo autem Christum habere poterit, qui operibus Satanæ aduersarij Christi totus non renunciauit?

Cui-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Cuicunq; ergo ſalus & vita æterna curæ eſt, is quicquid facit, iuxta conſilium Pauli, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti faciat, & ab eo ſanitatem petat, & adhibeat ordinata remedia, eo ordine quem monſtrauimus, Non tentet Deum, nec exiſtimet ſe vna poſſe & Deo & Satanæ adhærere. Nulla enim eſt conuentio Chriſti & Belial. Et Elias ad impium Achab, & ad eos, qui cum illo erant dicit: Vſquequo claudicatis in duas partes? Si Dominus eſt Deus, ſequimini ipſum, Si autem Baal, ſequimini illum. Semper memores ſimus dicti Pauli: Diſcedat ab iniquitate, quicunq; inuocat nomen Chriſti. Nullo proinde pacto excuſandi ſunt, qui cùm læſos ſe putant à maleficis ad maleficos confugiunt, vt ſuis carminibus morbos ab ipſis pellant. Nam hoc eſſet

ſicut

ſicut ſuprà demonſtratum eſt à Diabolo omnis mali autore bonum petere, quod à ſolo Deo expectari debet, vel immediatè, vel per media iuſta, & dari ſolet. Fide itaq; in Deum ac fructibus fidei, hoc eſt, orationibus & eleemoſynis, à Deo poſtulandum eſt, vt pro ſua bonitate ipſe nos à malo liberet. Si vero nec ſic quidem tollitur malum, quo præmimur, reſtat vt incommoda omnia patienter feramus, quam diu Deo ſapienti atq; optimo patri noſtro viſum fuerit nos punire & probare.

Quid, inquies, faciet miniſter Euangelij, ſi in hominem, qui implorata magorum ope à morbo ſit liberatus, inciderit? Primum exponet ei quàm horribiliter in Deum peccauerit, quod hoſtem ipſius Satanam loco veri Dei habuerit. Nec hic tribuendum eſt aliquid

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

quid eminentiæ & dignitati perſonæ, ſed potius illic petenda eſt defectionis à Deo exaggeratio. Deindè oſtendendum eſt illi quod maiorem morbum animi ſibi illicita curatione accerſiuerit, nempe lepram ſpiritualem, quam morbus corporis fuit, à quo per magicas impoſturas liberatus eſt. Tùm proponet pœnas defectionis à Deo, cum maledictione æterna, perpetuos animi & corporis cruciatus, niſi rurſus ſe ad Deum in vera pœnitentia conuerterit. Hîc ſi miniſter Euangelij viderit hominem, qui iſto modo peccauit, veris doloribus affici, propter ſcelus à ſe commiſſum, adhibebit vocem Euangelij, eumq; conſolabitur. Verùm ſi factum ipſius innotuit Eccleſiæ, hortabitur ipſum miniſter Euangelij, vt culpam deprecetur apud Eccleſiam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

am, vel per se, vel per ministrum Euangelij. Quod si recusauerit facere, ficta est eius pœnitentia. Quare ad sacram Christi cœnam nullo pacto est admittendus, sed Dei iusto iudicio relinquendus. Interea tamen non est cessandum à precibus pro eo ad Deum, vt ipsum conuertere ac restituere sanctorum societati dignetur. Qui hoc meum consilium iudicat nimis grauè esse, is sanè peccatum & scandalum inde ortum, nimis leuè existimat.

DE QVINTA.

REstat quæstio postrema, quæ non parum turbat infirmorum animos: Cur videlicet Deus permittit fieri

fieri talem ſui nominis prophanationem, cùm poßit eam ſua potentia impedire? Reſpondeo. Quicquid Deus agit aut fieri permittit, hoc in ſuam gloriam agit & permittit. Auguſtinus ait: Non fit aliquid niſi omnipotens fieri velit, vel ſinendo vt fiat, vel ipſe faciendo. Nec dubium eſt Deum facere benè etiam ſinendo fieri, quæ fiunt malè. Idem: Non fit aliquid niſi omnipotens velit fieri, & hoc vel voluntate beneplaciti, qua omnia bona fiunt, vel voluntate ſigni, quæ eſt permißio mali. Nunquam igitur prophanatur Dei nomen, ſine eiuſdem glorificatione. Nam ſi apicula, inſectum admodum paruum & imbecillè, poteſt ex venenata herba elicere ſuauißimum ſuccum, humanis vſibus accommodatum, cur Deus maximus & potentißimus materiam ſuæ gloriæ ex homi-

hominum malefactis desumere non po-
terit? Dùm ergo patitur magicas im-
posturas, prædicatur propter diuitias
tolerantiæ suæ, qua inuitat peruersos
ad pœnitentiam, ad Rom. 1. Dùm su-
perbos & impios Tyrannos punit, po-
tentia ipsius celebratur, ad Rom: 9.
Dùm oppressos liberat, prædicatur ip-
sius iusticia, ad Rom: 9. Dùm pœni-
tentes in gratiam recipit, laudes mise-
ricordiæ ipsius cum gaudio canuntur
in cœlo, Luc: 15. Deniq́, dùm omnia si-
ue bona siue mala in suam gloriam
conuertit, sapientiæ ipsius prædicatio
est. Hoc stante fundamento, notandæ
sunt quatuor huius diuinæ permissio-
nis causæ, quas primùm singulas no-
minibus memoriæ causa notabimus.
Deindè eadem ordinè declarabimus.

Nomina, quibus notantur per-
missionis causæ, hæc sunt. Signum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

præmonitio, pœna, probatio. Declaratio sequitur.

Signum primum locum occupat. Sunt enim impostvræ istæ magicæ, vbi paulatim crescunt et in vsum veniunt, signum certissimum factæ defectionis plurimorum à puritate Euangelij, & à vero nominis diuini cultu. Nam vt limpidus faciei color, languescentium virium corporis signum est: Ita superstitio quæuis & præsertim magica, minimè fallax inditiũ est animi languescentis, & deficientis à Deo, in quo solo virtus animi residet. Hoc quam verum sit non solum historiæ omniũ temporum testantur, verumetiam hic dies satis euidens testimonium præbet. Cùm primùm ante annos plus minus 40. doctrina Euangelij cœpit in hoc regno, per pios ministros Dei repurgari & à tenebris pontificijs vindicari, cessauêre

omnes

omnes iſtæ Diabolicæ impoſturæ. Lucente etenim Euangelij clariſsima luce tenebræ ſuperſtitionũ euanuerunt. Siquidem lux illa magna verbi cœleſtis, fulgore ſuo omnes ſuperſtitiones diſſpulit & diſcuſsit, non ſecus atq; ſol oriens in horizonte noſtro, tenebras noctis depellit. Verùm poſtquã homines paulatim cœpêre, vt fit, Euangelium faſtidire, redîere ſenſim ſuperſtitiones, tanquã tenebræ ſuccẽdentes in locum lucis Euangelicæ. Et planè nobis idem accidit quod olim plærisq; Iudæis: Nam vt illis manna cœleſte in principio optatiſſimum et ſuauiſsimum erat, et omnibus modis ollis carnium Ægyptiarum anteponendum iudicabatur, ſed ſuccedente tempore vilè et inſuauè præ ollis carnium Ægyptiarum reputatum eſt: Sic noſtris hominibus cum primùm verbũ Euangelij verè cœleſtis cibus in hoc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

regno apponebatur accidit. Omnes a-
uidè accurrebant, abijciebant repentè
ſuperſtitiones omnes. Nihil enim ip-
ſis Euangelio nec dulcius, nec carius
fuit, ſed, proh dolor, nimis cito iſte fer-
uor incipit langueſcere. Incipiunt ho-
mines faſtidiri panem illum ſuauiſſi-
mum Euangelij, & cupiunt iterum ſa-
tiari carnibus ſuperſtitionum, quas o-
lim præ nauſea eiecerant, in hoc canes
imitantes qui ad σκύβαλα redeunt,
quæ prius euomuerant, Ex quo fit vt
ſuperſtitiones multiplices & impoſtu-
ræ Diabolicæ, in locum puriſſimi E-
uangelij, in plurimorum cordibus, ſuc-
cedant. Siquidem Diabolus non im-
memor ſuarum fraudium antiquarũ,
non deſinit quotidiè affundere caligi-
nem, ſuoq; more quærit & inuenit ſuæ
impoſturæ non inidoneos patronos, id
quod qui non videt hodie fieri, is etſi
ocu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

oculis acutum cernere ſibi videtur, mente tamen planè cœcus eſt. Cùm ergo et audimus & videmus augeri quotidie eorum numerum, qui ſe iſtis impoſturis magicis dedunt, ſciamus ſignum certiſſimum obſcurati Euangelij & deficientis fidei, in plurimis hominibus, diuina permiſſione, nobis propoſitum eſſe. Quid quæſo hinc expectandum eſt, niſi extremus veræ religionis interitus, plurimorumq; hominum certiſſima perditio? Nam vt nauis, amiſſo clauo, pellitur vndis, donec fracta ſubmerſaq; pereat: Sic amiſſa puritate Euangelij, procellis ſuperſtitionum, quas Diabolus excitat, Eccleſia iactatur, donec multi in præcipitium damnationis ruant, idq; iuſtiſſimo Dei iudicio, quod celebratur à ſanctis Dei Angelis in cœlo. Simus ergò, ſi ſapimus, ſerpentes in cauendis fraudibus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Diaboli, & columbæ in tuenda manſuetudine & ſimplicitate fidei.

Secunda cauſa cur Deus permittit vt Diabolus quaſi triumphet in impijs per ſuas magicas impoſturas, eſt clementiſſimi patris paterna præmonitio. Vt enim impij iuſtè præſtigys Diabolicis excæcant: Ita pij in medio eorum habitantes paternè præmonentur, ne contagione eorum, cum quibus verſantur, polluantur, Eſt etenim boni patris præmonere filios priuſquam in extrema pericula incurrant, ne exemplo malorum fiant deteriores, & vt ſi aliqua labe ex conſuetudine ſunt infecti, reſipiſcant & ſanentur rurſus, ne cum impijs pereant ipſis ſimiles effecti. De duabus ergò rebus grauiſſimis nos præmonent ſuperſtitiones magicæ, quæ paulatim ſuboriuntur (cum quibus

bus coniungo graſſantium ſcelerum in omnibus ordinibus & ſtatibus impunitatem) videlicet de diuina vindicta & paterna miſericordia. Diuinæ vindictæ impendentis inditiũ eſt ſubtractio lucis Euangelij, per ſuperſtitiones & graſſantia ſcelera, & ſucceſsio tenebrarum, quas cruciatus æterni corporum & animarum excipient, niſi maturè ſeria pœnitentia anteuertantur. Nàm ſi moram fecerint poſt crebriores admonitiones: Primùm quaſi callum quendam animo inducunt: Deindè callus in cancrum erumpit, Atq; ita inſtar cancri, animi morbi redduntur incurabiles: Conſuetudo enim veluti altera natura, facit malum quodammodo neceſſarium & incurabilè, quòd tamen initio ſanabile fuit. Verè enim dicitur: Serò medicina paratur, Cũ mala per longas conualuêre moras.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Et non inſcitè à quodam patre dictum eſt: Peccati conſuetudo ſenſus obturat, ne clarè videant; Mentes indurat, ne mala terreant: Corda ineſcat, vt fœda placeant: Vires eneruat, vt victæ iaceant: Et Gregorius ait: Cùm culpa in vſum venerit, etiam volens animus vix reſilit, quia quot vicibus prauæ frequentationis aſtringitur, quaſi tot vinculis colligatur. Suborientes proindè impoſturæ magicæ, & alia cum illis coniuncta ſcelera, ſi moram fecerint, obruent tandem Euangelij lucem. Lucis autem Euangelij oppreſſionem excipient triſtiſſimæ tenebræ in mentibus hominum, quales in papatu fuere, vel illis deteriores, idq; iuſtiſſimo Dei iudicio, ingratitudinem mundi punientis.

Miſericordia clementiſſimi Patris eſt, quod hac præmonitione ſignifi-

cet

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

cet se velle in gratiam recipere errantes, modo resipiscant. Nam cùm Deus homines prorsus sibi permittit, magnum est extremæ perditionis inditium. Ideo autor Epistolæ ad Hebræos ait: Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes (filij) spurij & non filij estis. Huc pertinet quod Petrus ait: Iudicium à domo Dei incipit. Loquitur autem Petrus de iudicio castigationis, seu disciplinæ filiorum Dei in hac vita, non de iudicio condemnationis reproborum. Illud causam habet paternam storgam, et finem emendationem salutemq; piorum, qui paternam castigationem non contemnunt: Hoc habet causam iustam iram iudicis, & finem reprobationem & damnationem infidelium, nisi ante mortem resipiscant. Nam nulli viuentium clauditur reditus ad gratiam, nisi volenti.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Tertia causa huius permissionis, qua Deus permittit Satanam suis artibus multos pertrahere in sua castra, est iudiciaria pœna, qua Deus non vt Pater, sed vt iustus Iudex punit eos qui nolunt credere Euangelij veritati. De hac pœna loquitur Paulus ad Roma: 1. Quia noluerunt colere creatorem, dedit eos in reprobam mentem vt facerent non conuenientia. Et 2. Thessal: 2. Iis, qui credere noluerunt veritati, dedit Deus illusionem erroris, vt credant mendacio. Est autem mendacium hoc loco, cùm omnis abusus verbi Dei contra ipsius voluntatem, tùm omnium Diabolorum et hominum inuenta, quibus impietas & superstitio fouetur & propagatur in Mundo.

Porrò hæc pœna iudiciaria in hac vita duplex est, videlicet Spiritualis

&

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

& corporalis. Illa re, hæc ſenſu grauior eſt. Spiritualis pœna præcipua eſt opinio ſapientiæ, quam homines politici, magnum vitæ ornamentum eſſe putant. Nam cùm homines traduntur diuina permiſſione, eaq; iuſtiſſima in reprobam mentem, etſi exiſtimant ſe præ omnibus ſapere; Tamen virtutes vitiorum, & vitia virtutum laruis tegunt. Ex quo fit, vt probent improbanda, & improbent probanda. De hac opinione ſapientiæ ſic loquitur Paulus ad Rom: φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν. Hanc opinionem ſapientiæ, quæ mera cœcitas eſt, excipit cordis induratio: Cum qua coniuncta eſt ἀπαλγησία, omniſq; generis improbitas, ac tandem in mortis agone, conſcientia, quæ prius ſopita iacuit, excitata, deſperatio ſuccedit: Quammulti tamen oppreſſi, ira iuſtiſſimi iudi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

iudicis dissimulant, ne post mortem re-
proborum numero ab ijs qui supersunt
putentur ascripti. Nihil enim verius
est, quam Augustini dictum. Sera
pœnitentia raro vera. Huius rei in-
ditium esse potest, quod inter multos
tyrannos, cum moriuntur, paucissimi
inueniantur, qui mandan trestitui, quæ
per iniuriam possiderunt, quod profe-
cto facerent, si seria esset illorum pœ-
nitentia. Zachæus, vt est Luc: 19.
veræ pœnitentiæ testimonium edidit,
cum dixit ad Dominum: Ecce dimidi-
um bonorum meorum do pauperibus,
Et si quid aliquem defraudaui, reddo
quadruplum. Hinc natum est illud
dictum: Peccatum non remittitur, ni-
si ablatum restituatur. Quod dictum
vnam tantum exceptionem habet, vi-
delicet impossibilitatem. Nam si in-
opia impedit, quo minus possit restitui,
ani-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

animus volentis, & seriò resipiscentis acceptus est Deo, vt Latronis, qui in cruce pœnitentiam egit. Extremus dies omnia occulta reuelabit, discernetq; inter fictam & veram pœnitentiam.

Corporalis pœna varia est, per bella, per oppressiones tyrannicas, per noua grauamina, per pestem, aliosq; morbos infinitos. Sed quis plagas, quæ diuinitus inferuntur propter idololatriam & superstitiones magicas, enumerare potest?

Sequitur quarta causa permissionis diuinæ, quæ est probatio fidei, cum qua semper coniuncta est obedientia erga Deum.

Probatio fidei, quæ permissione diuina fit, habet causas nunc internas, nunc externas. Internæ sunt multiplices, vt dubitationis subinde orientes in

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

tes in animis hominum de prouidentia Dei, de promissionibus & comminationibus diuinis. Item dialogismi & φρονήματα carnis, conscientiæ trepidatio, desperatio &c. Externæ causæ sunt innumerabiles, inter quas sunt doctrinæ Dæmoniorum, quibus omnes magicæ artes subijciuntur, item corruptelæ in doctrina, hæreses, schismata, dissidia doctorum in Ecclesia, perfidia fratrum, impunitas scelerum grassantium, prosper impiorum successus, vt Turcarum, Papistarum, & aliorum multorum Tyrannorum persequentium Ecclesiam, paucitas credentium, deformitas & oppressio Ecclesiæ, defectio plurimorum à fide. Sed quis potest omnia enumerare?

De probatione fidei, quæ fit per magicas imposturas, loquitur Augustinus cum ait: Nec mirum est quod

hoc

hoc permittit Deus, vt illi qui hoc audiunt & vident probentur qua fide sunt apud Deum. Hanc suam sententiam confirmat Augustinus lege Dei, quæ est Deutero:13: Si surrexerit in medio tui Propheta, aut qui somnium se dicat vidisse. (Hîc vna specie omnes vanitatis artes comprehendit) et prædixerit signum et euenerit quod locutus est, & dixerit tibi, eamus & sequamur Deos alienos, non audies verba eius, quia tentat vos Deus, vt palàm fiat vtrũ diligatis Deum an non. Hac Dei lege primùm docemur, quòd non ex euentu sed ex regula voluntatis Dei de faciendis & cauendis iudicandũ sit. Secundò docemur, quod fidere diuinationibus magicis et diligere Deũ ita repugnent, vt in eodẽ esse non possint. Qui vidit diuinationibus magicis, quibus vniuersum genus intelligitur Deum non diligit,

&

& contrà, qui Deum diligit abominatur prohibitas à Deo vanitates. Ratio huius est. Qui Deum diligit non simulatè, is Deo soli viua fiducia adhæret, amore illi iungitur, in omnibus illi parere promtus est, imperata facit, prohibita & damnata à Deo cauet, hostibus eius aduersatur: Breuiter, ipsum timet, & ab eo solo expectat salutem, bona corporis & animæ, iuxta eius verbum & ordinem ab illo constitutum. Hæc omnia ita coniuncta sunt, vt à dilectione Dei separari non possint. Sunt enim eius essentiales proprietates. Quicunq; ergo putant se simul & Deum diligere posse, & fidere magorum impostoris, miserè falluntur salute & gratia Dei excidunt. Tertiò docemur hac lege, cur Deus permittat, vt tales impostores in mundo surgant, & in externo etiam cœtu Ecclesiæ

cleſiæ inueniantur, nimirum vt tentet nos Deus, quo palàm fiat vtrum diligamus eum an non. Tentatio ergo hæc probationis eſt, qua videlicet fidei & obedientiæ noſtræ conſtantia probetur: Ita enim habetur Deut: 8. Tentauit te Dominus, vt ſcires quid haberes in corde tuo, vtrum obſeruaturus eſſes præcepta eius an non. Vt ergo olim Deus populum ſuum 40. annis varijs modis tentauit in deſerto, vt palàm fieret, quæ eſſet fides & obedientia populi erga Deum, ita quoq; hodie multa permittit fieri mala in Eccleſia, inter quæ non infimum locum maleficæ artes occupant, quibus nos tentat, an ſinceri eius ſimus cultores nec ne. Tentatio ergo, qua Deus nos probat, vt cauſam habet caritatem, qua Deus nos complectitur: Ita finis eius eſt noſtri ad bonum inſtructio. Contrà

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

verò Diabolus hominẽ tentat ex odio, vt ipsum à Deo optimo abductum perdat. Ideo tentatio Diaboli rectè seductionis dicitur, vt Dei probationis. Differunt ergo tentatio Dei & Diaboli cauſsis et finibus, quemadmodum indicauimus. Vt enim Deus ſemper ſalutem quærit hominum: Ita Diabolus eorundem perditionem. Hoc enim ſolum Satan quærit, hoc ab initio quæſiuit, et in finem vſq; quæret, vt fidem promiſsionum & metum comminationum diuinarum hominibus excutiat, quo eos æternarum pœnarum ſocios habeat. Tanta eſt eius nequitia, tantaq; perdendi homines, ad imaginem Dei conditos, libido. Vulgo dicitur: Felix quem faciunt aliena incommoda cautum. Sic ergo felices eſſe volumus, abiectione plurimarum gentium ſapiamus, ne Satanæ cum ſuis impoſturis, quas

quas Deus permittit probandæ fidei nostræ cauſsa, locum faciamus. Cùm ergo vel videmus vel audimus Diabolũ in hoc mundo ſuis fallacijs tanquam pedicis quibusdam alligatos tenere multos, non tentemus Deum, non negemus ipſius veritatem et potentiam, non corrigamus ipſius verbum & ordinatiõẽ, non ſimus carnaliter ſecuri in proſperis, non deſperemus in calamitatibus, ſed retineamus fidem & bonam conſcientiam, confugiamus ad preces, petamus nos diuinitus liberari à Diaboli inſidijs, inſtar leonis rugientis & circumeuntis et quærentis quem deuoret; qui tamen plus non poteſt quam illi à ſapientiſsimo, optimo et potentiſsimo Deo permittitur: Quod ex eo apparet, quòd ne Cynphes quidem ſuis incantationibus magi Pharaonis facere potuerint, vnde coacti ſunt dicere Pharaoni: digitus Dei eſt hîc. Ex quo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

intelligi datur, vt Augustinus testatur lib: 3. de trinitate cap: 7. Ne ipsos quidem transgressores Angelos, & aêreas potestates, in imam istam caliginem, tanquam in sui generis carcerem, ab illius sublimis æthereæ puritatis habitatione detrusas, per quas magicæ artes possunt, quicquid possunt, valere aliquid, nisi data desuper potestate. Datur autem; vel ad fallendos fallaces, sicut in Ægyptios, & in ipsos etiam magos data est, vt in eorũ spirituũ seductione viderentur admirandi, à quibus fiebant à Dei veritate damnandi; vel ad admonendos fideles, ne tale aliquid facere pro magno desiderent, propter quod etiam scripturæ autoritate sunt prodita; vel ad exercendã, probandã, manifestandamq; iustorum patientiã. Neq; enim parua visibilium miraculorum potentia. Iob cuncta

quæ

quæ habebat amisit & filios & ipsam corporis sanitatem. Nec ideo putandū est istis transgressoribus Angelis ad nutum seruire hanc visibilium rerum materiam, sed Deo potius à quo hæc potestas datur, quantum in sublimi & spirituali sede incommunicabilis iudicat. Nam & damnatis iniquis, etiam in metallis, seruiunt aqua & ignis & terra, vt faciant inde quod volunt, sed quantum sinitur. Hæc Augustinus.

Ex his concludimus etiam quod illa permissio non pugnet cum prouidentia Dei, qua ipse omnia sua moderatur sapientia in suam gloriam. Non enim temerè permittit ista fieri, tanquam non curaret humana, vt Epicurei opinantur, sed habet suæ permissionis causas iustissimas, quæ ad ipsius gloriam manifestandam hominibus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

faciant. Has proindè quatuor cauſſas permiſſionis diuinæ, quas recitauimus, cum quæſtionibus ſuprà à nobis deciſis, optarem diligenter inculcari hominibus præſertim hoc tempore periculoſo, quo pedetentim irrepere magicas tenebras ad obſcurandam Euangelij lucem, cernimus.

GENERA MAGICAE SVPERſtitionis.

ETſi autem genera magicæ Superſtitionis plurima numerantur à multis, quæ ignorare laudabilius quam ſcire iudico: Tamen vt vanitatem magicam magis deteſtemur caueamuſq; ſtudioſius, ne laqueis Diaboli inuoluamur, ea tantum genera, quæ ſupra ex 18. Cap: Deutero: recitauimus, definitionibus & Exemplis declara-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

clarabimus, quemadmodum antea promisimus. Sunt autem hæc genera: Diuinatio, Præstigium, Augurium, Maleficium, Incantatio, Interrogatio Pythonis, Magia specialis, & Necromantia. Huc omnia alia, quocunq; appellantur nomine referantur.

DE DIVINATIONE MAGICA.

Sicut Prophetarum in Ecclesia prædictiones à Deo fuerunt: (Nam sancti Dei homines acti spiritu Dei locuti sunt, vt Petrus testatur) Sic diuinatio magica à Diabolo est. Diabolus enim instar simiæ Deum imitari conatur, præterita (sed occulta) reuelando, & futura prædicendo. Quod quidem facit Diabolus, non vt prosit, sed vt obsit hominibus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Verùm priuſquam de diuinatione magica dicemus, quæſtio diluenda eſt; Num Diaboli verè futura præſciant nec ne? cum videatur proprium Dei eſſe futura præuidere & præſcire. Reſpondeo, maximum diſcrimen eſſe inter præſcientiam Dei & præſcientiam malignorum ſpirituum. Deus præſcit omnia in ſuo æterno, & omnia futura videt tanquam præſentia. Diaboli verò alijs modis varijs & præcipuè quinq; futura præſciunt.

Primò, Diaboli, ea præſciunt et prænunciant interrogati à magis, & quæ ipſimet perficere moliuntur, & quæ, vt fiant, per homines procurabunt. Permittit enim Deus impuris ſpiritibus, idq; iuſto ſuo iudicio, vt aërem, aquam, terram, fruges, cibum, potum inficiant; vnde morbi, peſtes, annonæ caritas, aliaq; ſequuntur in-

com-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

commoda. Præterea, quæ malis hominibus, quos iam norunt sibi addictos suggerere atq; persuadere volunt, vt dissidia, lites moueant, eosdem ad cædes, ad bellum inflamabunt, prænunciare possunt. Talia igitur, quandoquidem ipsa procurare Diaboli satagunt, mirum non est si ea alicubi euentura prædicant, cum & homines quæ ipsi facere decreuerunt, alijs non difficulter prædicunt.

Secundò, haud rarò ea prænunciant Diaboli euentura, quorum causas naturales paratas vident. Positis namq; causis naturalibus, ferè semper sequuntur effectus. Non ergo mirum est, si Diaboli talia, interrogati à magis, prænunciant, cum & medici & agricolæ sæpenumero quædam ex certis causis sequutura præuident. An non in animalibus brutis, occulta quædam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

vis considerari potest, vnde homines ex moribus eorum & actionibus pluuias, tempestatē et multa alia euentura præsciunt. Cùm igitur maligni spiritus naturalium causarum & effectuum diligentissimi sunt obseruatores, & longissima temporis experientia sunt edocti, procul omni dubio possunt de omnibus huiusmodi certissimè pronunciare. Quid mirum est igitur, si de his effectibus, qui naturalium causarum virtute eueniunt, frequenter ad votum magorum vaticinia edant?

Tertiò, Dæmones scire possunt ea, quæ iam alicubi vel in remotissimis locis parata sunt, vel fieri incipiunt. Nam cùm sint summa acrimonia sensus, & incomparabili celeritate motus præditi, perfacilè est ipsis & citissimè sentire, quæ præ manibus sunt, & ce-

lerri-

lerrimè quouis penetrare, vt quæcunq; hinc inde fiunt explorare, explorata quocunq; libuerit perferre poßint. Quæcunq; ergo in alio loco vel remotißimè dißito, parata vel incoata ſunt, myſtis ſuis, hoc eſt, magis aperiunt: Hi rurſus populo patefaciunt, & futura prænunciant, vt vates habeantur, & prædicentur, diuini: Quo magis idonei ad decipiendos homines efficiantur. Nam cùm eius loci homines, vbi vaticinium editur poſt aliquantum tempus deprehendunt euentum vaticinio reſpondere, eos qui hoc prædixerunt diuino ſpiritu locutos eſſe exiſtimant, eosq; tanquam legatos Dei ſuſpiciunt, admirantur, colunt: Illiſq; fidem in alijs quoq; rebus adhibent, vnde omnes ſuperſtitiones, cùm religioſæ tùm magicæ originem traxerunt.

Neque

Neque tamen ſentiendum eſt, quòd acrimonia ſenſus, cogitationes & affectus hominum intimos, percipiant dæmones. Scriptum eſt enim: Ego Dominus ſcrutans corda & probans renes: & in ſcriptura ſæpè prædicatur Deus καρδιογνώστης: Sed ſigna ſolummodo, & voces, & ſermones, & geſtus corporum, quibus mentis cogitata & affectus intimi aliquo modo indicantur, obſeruant, Atq; ex his aliiſq; concurrentibus inditijs, coniecturas faciunt.

Quartò, nunciant interdum futura Dæmones, quæ alicubi à ſancto aliquo Propheta, vel bono quopiam Angelo prædicta eſſe acceperunt: nequaquam tamen vulgò nota, aut apud alios euulgata. Atq; ita quod aliorum eſt, pro ſuo fallaciter vendicant, & oſtentant, indeq; ſibi laudem & gloriam

am aucupantur, dum ſuis miniſtris ea patefaciunt, vt in admiratione vulgo habeantur, quo decipiant efficacius. Auguſtinus ſcribit Dæmones ſui cultus ruinam prædixiſſe, idq; vt & ſuam diuinitatem hominibus commendarent, & culpam hominibus defectoribus tribuerent.

Quintò, Dæmones ſæpenumero prædicere futura audent, etiamſi nec certi quicquam, nec coniecturas habeant, ex quo fit, vt haud rarò turpiter fallantur: Atq; hoc faciunt Dæmones, non ſolum quando interponi poſſunt impedimenta, quibus imputabitur, quod ſucceſſus non reſponderit: verumetiam, quando eos quibus conſulunt fallere & perdere ſtudioſè volunt. Auguſtinus ait: Fallunt ſæpè ſtudio fallendi, & inuida voluntate, qua hominum errore lætantur, ſed ne apud culto-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

cultores ſuos pondus autoritatis amittant, id agunt, vt interpretibus ſuis ſignorumq; ſuorum coniectoribus culpa tribuatur, quando vel decepti fuerint vel mentiti. Huc pertinent illa obliqua, & tortuoſa reſponſa Dæmonũ, qualia Delphis & alijs reddita ſunt. Crœſus rex Lydorum ambiens regnũ Perſarum, mittit legatos cum ampliſſimis muneribus Delphos interrogatum, num Crœſus aduerſus Perſas expeditionem faceret, Qui hoc reſponſum retulerunt: Si Crœſus arma Perſis inferat, magnum imperium euertat. Hoc audito reſponſo ita elato animo factus eſt Crœſus, vt omnino conciperet ſpem ſe euerſurum regnum Cyri. Sed huic ſpei non reſpondet euentus, euertit quidem regnum magnum, non Cyri, ſed ſuum ipſius. Atq; ita ambiguitate oraculi deceptus eſt, & culpa non vati ſed

eius

eius interpræti est tributa. Huic non est dissimile quod Pyrrho responsum est: Aio te Aeiacida Romanos vincere posse. Quod responsum, & de victoria Pyrrhi, & de victoria Romanorũ accipi potest. Huiusm di ambiguis & tortuosis responsis vtuntur Dæmones duabus de caussis: Nunc quia non possunt prædicere vera cum futura omnia sint in manu Dei: Nunc studio fallendi. Nulla enim re magis delectantur Dæmones, quam fallacia, qua homines à Deo abducant & perdant. His ita expositis de diuinatione magica dicamus.

Diuinatio magica est, quæ sine reuelatione diuina & absq; caussis naturalibus, vel occulta indagat, vel futura inuestigat, præcaminibus conceptis, & certis ceremonijs adhibitis. Sine reuelatione diuina dico, vt discernam inter sanctorum, Prophetarum

præ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

prædictiones (quarum vt causa est spiritus Christi in Propheticis: Ita finis emendatio, & salus hominum, gloriaq; Dei) & prædictiones magicas, quarum autor est Diabolus, & finis interitus hominum et nominis Dei sacrilega prophanatio: Præterea absq; causis naturalibus addo, ne videar improbare Astrologiam, ab omnibus, (donec manserit intra suos limites) merito laudandam. Hæc enim alia colligit necessariò, alia probabiliter. Necessariò colligit, quando ex necessarijs causis necessarios effectus concludit, vt cum ecclipses Solis & Lunæ necessariò futuras colligit. Huiusmodi conclusio ideo necessaria est, quia ex ordine diuino, seu ex Physica necessitate pendet; vnde demonstratio ipsa sumitur. Probabiliter colligit, cum ex probabilibus coniecturis concludit; id est, quan-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

quando ex cauſsis particularibus, quæ ab alijs occultis cauſsis interdum impediri poſſunt, colligit effectus futuros qui ſæpè quidem, etſi non ſemper, eueniunt. Huc prædictiones tempeſtatum, pluuiarum, ſiccitatis ventorum, nunc hinc nunc illinc ſpirantium: Item morborum ἐπιδήμιον &c. Experientia quoq; hominum, qui non ſunt artifices, multa obſeruata ſunt & vt plurimum eueniunt. Ex pareljs, à terra remota, conſueto magis apparente, nautæ diuinant tempeſtates. Huc etiam pertinent coniecturæ Medicorum & Agricularum, qui ex ſignis aliquid euenturum prænunciant ſine ſuperſtitione. Matth: 16. Dominus ait: Facto veſpere dicitis: ſerenum erit, rubicundum eſt enim cœlum: Et mane: hodie tempeſtates, rubeſcit enim triſte cœlum. Multa

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

quoq; signa obseruata sunt, ex quibus non ineptè colliguntur effacta analoga (de diuinis signis hîc nihil dico, quæ se autoritate diuina tuentur, vt cùm Dominus dicit: Erunt signa in Sole & Luna &c.) Ex auium quoq; gestibus obseruatas coniecturas de pluuijs & siccitatibus non improbamus. Multi ex affectionibus corporum, in quorum numero ego sum, tempestates prædicere possunt, & vix falluntur. Nec mirũ est in μικροκόσμῳ inditia quædam impressa esse eorum quæ in hoc vasto mundo eueniunt. Doct: Petrus Palladius laudatissimæ memoriæ, olim episcopus Sielandiæ vigilantissimus, & Professor Theologiæ in hac academia celeberrimus, ex multorum annorum obseruatione, potuit ex loco corporis affecto prædicere ex qua plaga cœli tempesta-

tes

tes erant venturæ, & rarò fallebatur. Nec physiognomica damnamus, quæ inclinationes ad vicia & virtutes notant. Hæc cùm non sit nessaria possunt vicioſæ inclinationes corrigi, vt de Socrate legimus, & bonæ impediri accessorio malo. Sed felix ille est, & verè fortunatus, qui timet Dominum, & miser qui non timet, qualemcunq; habeat horoscopum & physiognomiam, etiamsi in sinu fortunæ gestetur ac ludat.

Difinitione diuinationis ita exposita & declarata, eius modos videamus. Fit enim magica diuinitio multis modis, vt per somnia, per sortes, per signa, per responsa. His quatuor modis multæ species subijciuntur. Sed nos breuiter modos enumeratos exponemus, & species quasdam indicabimus, idq; eo consilio, vt

appareat quomodo Diabolus omnes ferè creaturas Dei ſuis polluat fœtoribus, nec à prophanis nec à ſacris abſtinens, vt homines in mortem et damnationem præcipitet.

Primus ergo modus diuinationis magicæ fit per ſomnia. Hîc diſtinguenda ſunt ſomniorum genera, vt quæ magica vocamus ſeparentur ab alijs. Sumamus autem diſtinctionem à cauſsis efficientibus, vt alia ſint ſomnia Θεόπνευσα, alia Phyſica, alia fortuita, alia Diabolica.

Θεόπνευσα, id eſt, diuinitus inſpirata ſomnia ſunt, cùm Deus in ſomnis euenturum aliquid apertè, vel non euenturum, faciendum vel deuitandum denunciat: Et ſæpè figuris quibuſdam tegitur. Huius generis fuêre ſomnia Ioſeph de manipulis & ſtellis. Item Prophetarum, quibus Domi-

Dominus per somnia locutus est. Huc pertinet illud Prophetæ: Effundam de Spiritu meo super omnem carnem et iuuenes visiones videbunt, & Senes somnia somniabunt. His affine est somnium, cùm in somno quid per diem sibi euenturum sit præsagiat mens hominis.

Physica somnia seu naturalia, sunt, quorum causa est in ipsa hominis natura Sunt enim somnia interiores animi actus in spiritibus cerebri, corpore à somno occupato. Dormiente enim corpore non consopitur animus. Hæc autem Physica somnia pro humorum vaporumq; differentia variant, cuius ratio hæc est, vt Lodouicus Viues scribit: Spiritus à corde veluti à fonte suppeditantur capiti, itaq; & illorum spirituum, & vaporum, vnde spiritus tenuantur, qualitatem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

tatem ſæpenumero referunt ſomnia, eorum potiſſimum qui in ea via occurrunt ſpiritui aſcendenti, nempè in gutture aut pectore, aut quo alio loco, cũq; halitus craſſi ſenſorium commune per quietem occupent, non poteſt id de ſenſibus rectè iudicare, nec de ſenſuum actionibus, eòq; cum quid ineſt in gutture humidæ pituitæ, viſa obuerſantur de aqua: Cum quid ſanguinis de ſanguine: Si atræ bilis de rebus triſtibus: Sin flauæ, de rixis & litibus. Hinc fit quod alia vident ſanguinei, alia cholerici, alia phlegmatici, alia melancholici. Vnde cum in morbis humores perturbantur, viſa fiunt ſæpè iuxta prædominantium humorum qualitates. Quia ergo ſomnia ſunt ſigna humorum vaporumq; tanquam effectus ſuarum cauſſarum, medici illis admonentur, & interdum coniecturas vel de morte, vel de vita ægrotorum capiunt.

For-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Fortuita ſomnia voco, quæ ex quauis occaſione cauſſam habent, id quod Salomon Eccleſ: 5. indicat, cum ait: Somnium ex multitudine occupationis fit. Et Syracides cap 34. Spectrũ ſomniorum ex imagine rei alicuius exiſtit, ſicut ex facie aduerſa faciei ſimulacrum. Nam quemadmodum in corpore perſpicuo ac pellucido, vt in aquæ ac ſpeculo, imagines referuntur eorum, quæ è regione collocantur, vt conſimilis vultus forma figuraq́ in ſpeculo reddatur, ex obiectu aſpectuq́ vultus contrà poſiti: Ita in ſomnijs phantaſia, imaginatioq́ informat intellectui, ea quæ in ſenſus externos ſolent incurrere. Huc illud: Mens humana quod optat, dum vigilat ſperat, per ſomnum cernit idipſum. Vt piſcator auarus apud Theocritum aureum

ſomniat piſcem. Studioſus, quæ diurno tempore vigilans exercuit, nocturno ſomnia videt. Atq; ſæpè ea quæ vigilans intelligere non potuit, dormiens deprehendit. Anima enim ſuis miniſtris ſenſibus ſoporatis ſpeculans, ſibi ſoli rimatur arcana, quibus maiori deſiderio flagrat, diſcitq; ſomno, prius ſæpè negata. Aliquis diurno tempore ſæpè multa diuerſa videt, eaq; mente concipit ſeparatim. Hinc conceptus mixti in arca memoriæ reſeruati, inter ſe pugnant, quos quia phantaſia diſcernere nequit, quiddam ex multis conceptibus conflatum & in vnum redactum naſcituè. Atq; ita, Iurpiter atrum deſinit in piſcem mulier formoſa ſupernè. Qui ergo noctu ſomniat, ea quæ ſuperioribus diebus vel oculis viderit, vel anima agitauerit, in memoriam reuocet, videàtq;

num

num inde monſtrum illud ſomnij conflatum ſit.

Diabolicorum ſomniorum triplex genus eſt. Primum cùm Diabolus ingerit aliquid dormientibus immediatè ſine pacto intercedente: Secundùm, cùm Diabolus ad vota illorum qui pacti ſunt cum illo, aliquid dormientibus reuelat. Tertium, cùm magi ſua arte faciunt, vt homines ſomnient quod ipſi volunt. Hæc omnia quia à Diabolo proficiſcuntur pernitioſa & mala ſunt, quare illis nullo pacto credendum eſt: Etiamſi haud raro reſpondeat euentus. Nam horum finis, qualemcunq; externam ſpeciem habent, ſemper malus eſt, quare à finibus ſunt iudicanda.

De primo genere teneatur hæc regula. Si ſomnium ad aliquid faciendum, quod eſt lege Dei prohibitum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

ſuadet, abſque omni dubio Diabolicum eſt, idcòque meritò fugiendum, non ſecus atq; vox Satanæ, qui primos noſtros parentes decepit. Huius generis ſomnijs multi decepti ſunt, quorum quædam exempla ſubijciemus.

Auguſtinus lib: 4. cap: 26. de ciuitate Dei pulchrum exemplum adducit. Dicit quendam ruſticum Romanum fuiſſe, Titum Latinum nomine, cui mandatum eſt in ſomno in ſenatum nunciare, vt ludi ſcenici inſtaurentur, qui cum poſtera die iuſſa facere non eſſet auſus: Secunda nocte ſeuerius imperatum eſt, et amiſit filium, qui imperata non fecit: Tertia nocte idem imperatum eſt, qui cum non obtemperaret, incidit in morbum acrem & horribilem. Titus ergo ex amicorum conſilio ad magiſtratum rem detulit, atq; in lectica allatus eſt in ſenatum, ex poſi-

positòq; somnio, & recepta valetudine, pedibus suis sanus abcessit. Tanto stupefactus senatus miraculo, quadruplicata pecunia ludos censuit instaurari.

Refertur de quodam milite qui deperibat quandam honestam fœminã, cuius pudicitiæ quotidie varijs blanditijs insidiabatur. Cum autem voti compos fieri non posset, reluctante pudica fœmina, litabat Diabolo, vt is sibi in hac re auxilio esset. Diabolus ergo quadam nocte dormienti offert somnium quod fœmina illa, quam perditè amabat, ad se veniret, sponte ingrederetur lectum, atq; eum amplexa sit: Ille vicissim, occasionem optatam nactus, satisfacit suæ libidini; sed manè euigilans iacet deportatus à Satana in turpissimo cœno, extra vrbem, amplectens & osculans cadauer asini

fœdiss-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

fœdiſſimi vt turpiora taceam. Hoc ſpectaculum haud dubié iucundum fuit Diabolo, & dignum tali amatore. Et profecto mirandum eſt milites adeo gnauiter militare Satanæ poſt tantam ignominiam homini ſui ordinis factam. Sed quid non facit auri ſacra fames?

Narratur de quodam (cui ſæpé apparuerunt Diaboli, quos ipſe putabat Dei angelos eſſe) qui ſomniauit ſe audire Chriſtum clara voce mandantem, vt ſe in puteum proijceret. Obtemperat miſer ſomnio, & ſe in puteum proijcit. Nec dubium eſt multos qui ſibi ipſis manus adferunt, huiuſmodi ſomnys deludi.

Iohannes Papa ſomniauit, per miſſas defunctorum animas à purgatorio liberari, & ſe audiuiſſe Dæmones plangentes & lugentes dum per miſſas

Missas & exequias funerales eriperentur sibi animæ. Ex hoc somnio nata est abominatio oblationis in Missa Papistica, pro viuis & mortuis.

Birgitta illa Suetica multa somnia de Beata virgine inuocanda habuit: Vnde confirmabatur in Idololatria. Huiusmodi somnia ex Diabolo fuisse ex fine facilè dignoscitur.

De secundo genere hæc sit regula: Qui petit futurorum reuelationùm à Diabolo in somno, Diaboli minister est, & qui credit somniatori, Deo renunciat, fidem abijcit, & se Satanæ subijcit.

De tertio genere, quia dormiens scire non potest an magica arte somnium sibi obuersetur nec ne, videat finem, id est, ad quid vel hortetur vel dehortetur somnium, caueàtq; ne quid contra Dei mandata tentet. Breuiter

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

uiter, Iudicium ex prima regula pe-
tat. Huius generis somnij vnum ex-
emplum notatu dignissimum ascri-
bam. Nectanebus Magus olim rex
Ægypti in Macedoniam, regnante
Philippo, veniens, Philosophiam pro-
fessus arte sua effecit, vt Olympias,
vxor Philippi regis Macedonum, ex
qua postea natus est Alexander Mag-
nus, somniaret se nupturam Ioui Ham-
moni, & ex eo concepturam filium.
Occasio huius impostura sic habet.
Nectanebus Magus postquam ali-
quantisper in Macedonia Philoso-
phiam (cuius pars Magia tum tem-
poris habebatur) professus esset, ob
peritiam vaticinandi, vocatur ab O-
lympiade, vt ipsa ab eo discat, quid
de se sit tandem futurum. Rumor
enim sparsus erat, quod Philippus
rex, Olympiade abiecta, ad alias nup-
tias

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

tias animum applicaret. Cùm ergo accersitus venisset Nectanebus, interrogat ipsum regina de rumore, de se abjcienda sparso; cui ille respondens, affirmat rumorem minimè vanum esse: Sed addit modum quo periculum euitari possit, vt autem fraudi locum faceret impurus Magus, ait se, cum adhuc in Ægypto esset, oraculum accepisse, vt Reginæ alicui viam parata sibi pericula euadendi monstraret, & addit, forte tu illa regina es. Illa autem spe concepta ex oraculo Magi, quærit quænam sit illa via. Iupiter, ait, ille Hammon te amat, & cupit tuum amplexum, vt ex eo concipias filium, qui te ab isto periculo diuortij liberabit. His dictis discedit Magus & efficit sua arte, vt Olympias sequenti nocte dormiens somniet se concepturam ex Ioue Ham-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Hammone, quod etiam somnium, eodem tempore Philippo marito, qui aberat in bello, eadem arte offertur. Hic Olympias verbis Magi docta & somnio confirmata, maximoperè expetit, vt euentus aliquando spei respondeat. Vocat ergo sequenti die Nectanebum Magum Olympias, quæritq; ab eo tempus quando expectandus sit Iouis Hammonis concubitus. Is respondens iubet, vt regina thalamum paret, lectum adornet, in quem tantum sponsum recipiat, & addit fore, vt Hammon veniat in forma Draconis habens caput & cornua capri. Hoc audito, regina terretur dicitq; se non audere cum tali sponso congredi. At Nectanebus: Si, inquit, times, para mihi lectum in tuo thalamo prope tuo, ego efficiam vt sis extra omne periculum. Fœmina nimis credula (Quod enim volu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

volumus, libenter credimus) obtemperat Mago, instruit thalamum, adornat lectum quam possit pulcherrimè, & ponè collocat Mago lectum. Vesperi igitur itur cubitum; regina ornata & vncta in suo lecto se componit: Nectanebus autem in eo qui propè erat paratus. Egressis igitur ministris & foribus clausis, Nectanebus non negligit occasionem. Præstigys siquidem effecit magicis, vt non sine magno totius aulæ motu ipse apparuerit tanquam draco, capite & cornibus caprinis. Quid hîc Olympias? Existimat Iouem Hammonem esse, iuxta prædictionem Magi, recipit eum in lectum, amplectitur nouum sponsum, concipit, & tandem filium parit, quem Philippus Alexandrum nominat. Atq; hanc ab caußam vulgo sparsum est quod Alexander fuerit Iouis Ham-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

monis filius, cùm fuerit ex matre adultera, & mago impostore natus. Sed impostor iste pœnas suæ nequitiæ paucos post annos iustas dedit. Nam cùm Alexander filius adoleuisset, et à Nectanebo mago & Patre elementa artis magicæ didicisset, accidit vt sub noctem suo more Magister & Discipulus exirent, ascenderéntq; in montem quendam præruptum, non procul ab aula; quo cùm venissent, Alexander à tergo accedens magistrum suum ex improuiso vi impellit in præcipitium; qui adeò ceruicem ad saxum illidit, vt mori fuerit ei necesse. Cum iam lethali ictu ceruicis afflictus conquæreretur, cur hoc Alexander fecisset, Alexander insultans iacenti, ait: Conquerendum tibi potius de arte tua est, quam es professus; quippe nescius quid tibi impenderet

deret humi, nunc resupinus quæ cœli sunt frustrà rimaris, vt qui hoc præcipitium præscire & præuidere non potueris. Cui Nectanebus: Nulla mortalium contra fatum fuga est. Et addit: Cùm adhuc in Ægypto essem, præsciui, quod aliquando à proprio filio essem interficiendus. Quid inquit Alexander, meus ne Pater tu es? Hîc cùm Nectanebus Alexandro quomodo fugisset ex Ægypto, ex rege philosophus factus, et quomodo matris ipsius complexu fuisset potitus, exposuisset, moritur infelix, nunc apud inferos præmia suæ artis reportans. Hoc spectaculum iucundissimũ fuisse Satanæ non est dubium: qui non vult nisi interitum eorum, qui sibi sunt addicti. Timeamus ergo Deum, rogemusq; eum vt à talibus illusionibus Diabolicis nos clementer tueatur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Secundus modus diuinationis magicæ ſit per ſortes. Vocabulum ſortis variè accipitur. Primò pro parte ſeu portione, quæ alicui cedit, vt in hæreditatibus aut in alijs quibuſuis rebus. Secundò ſors iuriſconſultis ſignificat τὸ κεφάλαιο vel eorum quæ ſunt à duobus vel pluribus ſocijs collata communis negociationis gratia: Vel pecuniarum quæ ſunt ad vſuram datæ. Tertiò notat per metonymiam ſigna ex arbitrio conſortium accepta, quibus vel res inter conſortes diuiduntur; et vocatur vulgo ſors diuiſoria: Vel actiones & officia certa attribuuntur perſonis, per ſortes deſignatis; & appellatur ſors conſultoria. Hæ ſortes diuiſoria inquam & conſultoria, ſi excluditur ſuperſtitio, licitæ ſunt & interdum neceſſariæ. Quartò accipitur ſors pro diuinationis ſpecie,

& voca-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

& vocatur sors diuinatoria, & interdum sortilegium. Fit autem hæc sors multis modis, quorum quidam ludicri & ioculares sunt sine superstitione, quidam Magici, & verbo Dei damnati,

Ludicri sunt, qui ioco & voluptatis gratia tantum fiunt: Quibus nihil serio tribuitur, vt si iubeam vt aliquis librum aperiat, & eligat versum quotum velit, & inde ego aliquid ei euenturum ioco pronuncio, & ille ioco accipit. Verum si euenerit quod ioco ex sorte ludicra prædictum est, nihil tamen illi sorti est tribuendum, sed alijs caussis. Erasmus Roterodamus, cui multum familiaris fuit Iohannes Bibliopegus natione Danus, qui exulabat cum Christierno II. olim Rege Daniæ, semel ioco iussit, vt Bibliopegus cultro aperiret librum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Iliados Homeri, & indicaret quotum versum lateris dextri eligeret. Bibliopegus Erasmo obtemperat: Librum cultro aperit; nominat quotum versum eligat. Quo facto Erasmus ioco prædixit Bibliopegum prædiuitem vxorem ducturum, sed malam, quam tandem propter improbitatem esset deserturus. Huic prædictioni euentus tristissimus respondit; que tamen aliam caussam habuisse necesse est. Sed Diabolus forte hunc euentum procurauit, vt viam sibi faceret, ad confirmandas huiusmodi prædictionum vanitates.

Sortes Magicæ sunt, cùm aliquid serio fit ab hominibus per sortes, vt earum euentu considerato id quod occultum erat innotescat. Ad hoc genus diuinationis multa referunt, vt sunt: Protractiones punctorũ, Taxillorum

lorum iactus incantati, Subitus in rem aliquam oculorum intuitus, Occursus hominis vel bestiæ, vt leporis ex improuiso fortuiti errores. Vt Augustus iudicabat mali ominis esse, si illi siniſter calceus dextro pedi inducerentur. Huius farrinæ est, si vinum & sal in principio mensæ effunditur. Illud enim boni, hoc mali ominis esse vulgo putatur.

Nouimus nobilem & doctum iuuenem, qui semel casu euertit salinum quod assidentes mali ominis esse dicebant. Suadebant ergo vt isto die sibi caueret. Sed quid factum est? Eodem die vulnus accepit, ex quo post paucos dies mortuus est. Hoc homicidium absque omni dubio procurauit Diabolus, permittente Deo, vt ista opinio superstitiosa confirmaretur in animis eorum, qui tum ade-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

rant, cum ſalinum eſt euerſum. Nam vt ſæpiſſimè poſt euerſum ſalem ſe quuntur læta: Ita poſt effuſionem vini, homicidia & alia flagitia. Quare nihil omnino vel ſalis effuſioni vel vini tribuendum eſt.

Sunt qui ſtipulas colligunt imparis longitudinis, vnde diuiuant breuitatem & longitudinem vitæ. Nam, qui clauſis oculis caſu longiorem accipit, longioris vitæ fore prædicatur quâm qui breuiorem accipit. Sed quid quæſo vanius huiuſmodi prædictione? Huc pertinet, ſi quis aliquid conſtituit agendum cum conditione, quæ nihil ad rem facit. Vt ſi quis proponeret ſe iter aliquo ingræſſurum certo tempore, ſi vetula ſibi portam exeunti non occurreret; quæ ſane conditio, nec cauſſa, nec effectus eſt, nec diuinitus gubernatur: Nec ſignum eſt, natura aut ordi-

ordinatione, cur iter prosperum vel aduersum esset futurum. Sed huiusmodi sibi vani homines fingunt, qui superstitionum nugamentis delectantur. Breuiter, omnis obseruatio quarumuis notarum, quarum nulla ratio cur ita obseruentur in natura subest, huc referetur. Qualia monachi Magiæ non imperiti plurima cumulant, & sortilegio subijciunt. Nos autem breui hac admonitione contenti simus, & discernamus ludicras, vtiles, & necessarias sortes, quæ diuinitus gubernantur, iuxta illud: Sortes in sinum mittuntur, sed à Domino temperantur: Ab illicitis, & Magicis, ne imperitè omnes sortes cum quibusdam damnemus, qui cum audiunt sortilegium damnari, sortes in vniuersum damnatas putant, imperitè sub genere non distributo omnes species concludentes.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Tertius modus diuinationis Magicæ fit per ſigna. Hunc modum nonnulli ſortibus ſubijciunt, Sed ego ideo ſeparatim ſigna pono, vt diſtinctius diſcernam inter ea quæ manifeſta opera Diaboli ſunt, & alia quæ fortunæ & fato ſuperſtitioſè tribuuntur. Signa hoc loco voco, non quæ fabricantur à magis; vt Caracteres, Cruces, Imagines &c. Sed ea, quæ ad precamina & exorciſmos ſiue incantiones Magicorum, in quibuſdam rebus inanimatis ad hoc adhibitis apparent operante Diabolo.

Huiusmodi ſigna, ſi apparent in quauis terreſtri materia, ars diuinandi γεωμαντα *dicitur, vt in vnguibus Magorum. Sunt enim magi qui interrogati de autoribus facinoris alicuius diuinant ex inſpectione vnguium propri-*

orum,

orum, in quibus Diabolus ad vota magorum facit apparere imagines eorum de quibus interrogantur. Item in ferro polito aut lapide, similes imagines ad vota magorum sæpè apparent. Vulgo ferè notum est, quod inquirentes thesuaros absconditos, adhibeant Chrystallum, in quo sua arte maligna faciunt, vt appareat puero inspicienti Chrystallum locus in quo sit thesaurus, sed paucos existimo inde diuites factos esse.

Si in aqua appareant signa vocatur ὑδρωμαντία. Admiscent interdum magi cruorem humanum aquæ & incantationibus suis efficiunt, vt imagines hominum de quibus interrogantur in aquis appareant, quas ostendunt interrogantibus. Humanum sanguinem ideo addunt, quia putant

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

tant Dæmones delectari sanguine, quod quidem credo, vt effundatur, non vt conseruetur. Interdum liquefactum plumbum in aquam mittunt, in quod Diaboli imprimunt imagines eorum de quibus interrogantur. Nonnulli cartulas plures, in quibus nomina suspectorum scripta sunt, inclusas argilla in aquam mittunt, vnde diuinant de rebus ablatis.

Si in aëre aëromantia, si in igne pyromantia, Atq; ita Diabolus omnibus elementis Dei ad suas impostu-ras abutitur. Sed quis potest enumerare omnes impostu-ras Satanæ, quæ subistis quatuor generibus continentur? Sed de omnibus hoc Augustini dictum teneatur: Quicquid Dæmones faciunt verbis, figuris, signis, protractionibus, aspectibus, & huiusmodi to

di, totum ad ludificationem faciunt hominum.

Porro quoniam hoc loco agimus de diuinatione, quæ fit per signa quæ monstrant ea de quibus dubitabatur, meritò quæri hîc potest de signis quibusdam, quæ non fiunt Magica arte, etsi superstitiosè, sed sua sponte sine ceremonijs & precaminibus, quibus interdũ quod latuit manifestatur.

Olim in Noruegia & in alijs multis locis, cum quæstio ageretur de homicidio aut adulterio, candens ferrum dabatur suspecto in manum: Quæ si illæsa mansit, iudicabatur innocens qui suspectus erat. At si lædebatur manus, vt reus condemnabatur. Eodem pertinet exploratio quæ alicubi fiebat per feruentem & bullientem aquam. Innocens sine læsione manum in aquam imposuit, nocens vero læsionem

sensit,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

ſenſit. De vtraq; exploratione, videlicet, per candens ferrum, & feruentem aquam ſciendum eſt, quod neutra ſit approbanda. Nam duo horrenda peccata hîc concurrunt, videlicet, temeraria tentatio Dei, & peruerſio ordinis diuini. Rectè ergo in decreto dicitur c: 2. q: 4. Cap: Conſuluiſti. Nam ferri candentis vel aquæ feruentis examinatione confeſſionem extorqueri à quolibet, ſacri non cenſent canones. Et quod ſanctorum patrum documento ſancitum non eſt, ſuperſtitioſa adinuentione præſumendum non eſt. Spontanea enim confeſſione, vel teſtium approbatione, publicata delicta punienda ſunt: Occulta vero & incognita illi ſunt relinquenda, qui ſolus nouit corda filiorum hominum.

Que-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Quæritur præterea de vsitata exploratione, cum perpetrati homicidij autor ignoratur, qua iubetur qui suspectus est, manum cadaueri mortui imponere. Hîc si vel ex vulnere accepto, vel ex ore aut naribus cadaueris cruor manat, reus condemnatur qui manum apposuit. At si non effluit sanguis ad contactum, tanquam innocens dimittitur. Ego sane optarem hanc explorationem, vel omnino non fieri. Nam est & superstitiosa, & contra ordinem diuinum: Vel fieri non serio, hoc est, non vt certum inde petatur de facto argumentum, sed vt isto pacto eliciatur spontanea confessio. Sed quid dico? Res serias in timore Dei iuxta ordinem diuinum agi præstaret. Hic fortè aliquis mihi obijciet sanguinem Abelis, clamantem vindictam de

terra.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

rerra. Respondeo, Iste clamor nihil aliud fuit quam terribilis morsus conscientiæ in Caino, propter fratricidium perpetratum. Talem clamorem audiunt in Conscientia sua omnes homicidæ: Vel saltem in agone mortis audituri sunt.

Ridiculum præterea & superstitiosum iudico nouum illud inuentum, quo fœmina suspecta propter Magiam imponitur in aquam, nescio quomodo ligatis manibus & pedibus. Hic si non submergitur, quæ erat suspecta, scelus non elemento aquæ sed ignis expiandũ esse colligunt. At si submergitur, vt innocens dimittitur. Hoc inuentum vt superstitiosum, & ludibrium Satanæ, prorsus damno propter caussas quas paulo antea ex decretis adduximus. Quod autem somniant de pœnæ genere, vanum commentum est.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

est. Liber enim relinquitur magistratui puniendi modus, siue per aquam, siue per ignem, siue per gladium, modo puniat & non indulgeat sceleribus ignauia, aut intempestiua misericordia, in societatis humanæ detrimentum.

Quartus modus diuinationis Magicæ fit per responsa, quæ dat Diabolus, vel per viuos homines, vel per laruas mortuorum hominum. Vtrumq; genus damnat Deus in sua lege supra à nobis recitata ex cap: 18. Deut: Prius cùm ait: Non sit qui interroget Pythonem, & sextum locum occupat, Posterius cùm ait: Nec quærens à mortuis, & octauo loco ponitur. Sed de his duobus generibus breuiter dicemus. Quorum prius dicitur responsum per Pythonem. Pytho

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

nomen est serpentis, quem iaculis suis confecit Apollo, vnde & ipse Pythius est dictus. Et, quoniam Apollo Pythius à facto denominatus, celebris erat propter oracula, nomen πύθων translatum est ad significandum diuinatorem spiritum, quo afflati prædicebant futura. Ipsi autem qui hoc spiritu correpti erant vocabantur Pythonici. Nam cum Pythia oracula præferebantur Dodonæis & Ammonæis, vel Crœso teste, translatum est nomen à specie ad genus per Synechdochen. Ex quo factum est vt fœminæ, quæ correptæ Dæmonio responsa dabant, dictæ sint Pythonissæ. Plutarchus affirmat olim Pythonicos appellatos fuisse ἐγγαστριμύθους, quasi dicas ventriloquos, quod nomen habent 70. interpretes Leuit: 19. οὐκ ἐπακολουθήσετε ἐγγαστριμύθους, non sequemini ventriloquos id est Pythones.

nes. Hinc facilè est intelligere quid significet in Mose Pythonem interrogare, videlicet quod Pythonem interrogare sit Pythonissam, id est, quamlibet magam interrogare, quæ per spiritum immundum, quem familiarem habet dat responsa. Huiusmodi spiritum eiecit Paulus è puella, vt est Actorum 16.

Alterum genus diuinationis, quod fit per responsa est, cùm laruæ mortuorum ad precamina magica, humano cruore adhibito, apparent & dant responsa. Vocatur autem hæc impostura νεκρομαντία quam Varro allatam esse à Persis testatur, qua & ipsum Numam, & postea Pythagoram Philosophum vsum fuisse commemorat. Huius impostura mentio fit 1. Regum 28. vbi ad petitionem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Saulis Pythonissa producit laruam Samuelis, quem Saul interrogat de futuro euentu. Nullo enim pacto putandum est, quod ipsum Samuelem impura fœmina à mortuis excitauerit. Solius enim Dei est mortuos excitare, sed laruam arte Satanæ representantem imagine Samuelem in medium produxit. Nec obstat quod scriptura eam laruam Samuelem nominet, quia solent imagines rerum earum nominibus appellari, quarum sunt imagines, quemadmodum Augustinus in huius quæstionis decissione testatur. Etsi autem Diabolus ita interrogatus interdum dat vera responsa, vt hæc Samuelis larua vera prædixit & de morte Saulis & de morte filij eius: Tamen consilium ipsius est, non vt veritati patrocinetur, sed vt homines, qui ipsum interrogant paulatim suis

ſuis laqueis inuoluat, donec eos totos poſſederit. Ideo Chriſtus Dæmones (aſſeuerantes illam magnam veritatem: Tu es Chriſtus filius Dei) ſilere iuſſit, vt nos doceret veritatem à Diabolo nec quærendam, nec audiendam eſſe. Idem nos docet Pauli factum Actor: 16. Nam tametſi Pythoniſſa vera dixit, clamans quotidie poſt Paulum & eius ſocios: Iſti homines ſerui Dei excelſi ſunt, qui annunciant vobis viam ſalutis; tamen Paulus hoc moleſtè ferebat. Quare & eiecit à puella Pythonem, ſignificans quod ne veritas quidem ſit audienda à Diabolis.

DE PRAESTIGIIS MAGICIS.

Diuinationi Magicæ ſubijcit Moſes præſtigias magicas, quarum Mercurius

dicitur esse inuentor. Sunt autem præstigiæ duplices, videlicet, Circulatoriæ & Magicæ. Illæ propter ineptias deridendæ sunt, de quibus nos hic non agimus: Hæ propter impietatem damnandæ & detestandæ sunt. Sunt enim præstigiæ illusiones Diabolicæ, quibus oculi humani ita illuduntur, & quasi præstringuntur, vt obiectum oculis aliud videatur esse quâm reuera sit; vnde Præstigiatores magici dicuntur, qui rem aliquam oculis obiectam arte Magica mutare videntur. Nam reuera non mutant, sed oculos præstringunt, vt mutata videatur. Non enim potest Diabolus creaturas Dei re ipsa transmutare, sed tantum humanis sensibus illudere, quemadmodum supra ex Augustino docuimus. Nullo igitur pacto credendum est Diabolos transformare rerum

rum

rum naturas, & mutare rerum ſpecies. Proinde cùm quæri ſolet, num Sagæ & veneficæ mulieres noctu ad certa loca conueniant, transformatis corporibus & conuiuentur, certo ſtatuendum eſt illuſionem Diabolorum eſſe, qui & illarum & eorum quibus occurrere videntur, oculos præſtringunt, vt putent ſe videre quod nuſquam eſt. Videtur quidem hoc ſagis ipſis, ſed reuera eſt Diabolorum illuſio. Imponunt enim iſti callidi hoſtes miſerorum ſenſibus, vt credant omnia reuera agi, quæ nihil ſunt niſi ſpectra quædam & præſtigiæ. Quod ſi Præſtigiator circulator oculorum aciem ita præſtringere poteſt, vt homines aliquid fieri putent, quod non fit; Quid non poterit ille nequam ſpiritus, qui mille artifex eſt? Hæ ſpirituales nequitiæ ſunt princi-

pis, cui potestas est aëris, agentis in filijs contumaciæ & impijs. Sed age quædam harum præstigiarum exempla videamus. Omitto fabulas de socijs Vlyssis, qui mutati dicuntur in bestias, apros, leones &c. Item de socijs Diomedis, qui in aues versi feruntur. Nectanebus Magus, cuius antea meminimus, cùm Philippus rex Macedonum, non parum dubitaret an Olympias vxor concepisset ab Ioue Hammone, aut ab alio, vt Olympiadem à suspicione liberaret, suis Magicis præstigijs effecit, vt cùm iam sederent ambo Philippus & Olympias in celebri conuiuio, multis satrapis præsentibus, spectrum quoddam magno cum impetu ventorum in forma draconis veniret in aulam cònuiuij, accederet Olympiadem, eamq; oscularetur: Quem illa vicissim est amplexa & osculata.

culata. Quo facto ad horas aliquot in aquilam mutatur & auolat. His præstigijs deceptus Philippus, credidit verè ex Ioue concepisse Olympiadem, ac ita placatus est.

Ad sanctum Macharium in deserto morantem, venerunt parentes cuiusdam virginis, quam amiserant, sic tamen quod putarent eam in vaccam esse conuersam, quia non poterant aliam quam vaccæ formam videre. Adducentes igitur filiam ad Macharium, rogabant orationem ab ipso ad Deum fieri, vt restitueretur ei humana forma. Hoc audiens Macharius, inquit: Virginem video non vaccam. Habebat oculos spirituales ideo Satan non poterat suis præstigijs ipsum fallere vt parentes & filiam; quorum oculis sic illuserat spiritus nequam, quod iurassent verè hoc geri, quod ipsis ob

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

oculos verſabatur. Orante autem Machario pro virgine, non vt humanam ſpeciem, quam nunquam amiſerat, reciperet, ſed vt Deus hanc illuſionem Diaboli ab ea auferret, aperti ſunt oculi parentum & filiæ, cognouerùntq; hoc totum, quod ipſis videbatur ſeriò geri, ludibrium merum Satanæ fuiſſe. Refertur etiam hiſtoria de quodam Ægyptio, qui cùm veſano amore alterius vxoris arderet, accedit magum, ipſum rogat numerata pecunia vt ſua arte excitet odium inter coniuges, faciàtque diuortium inter Maritum et Fœminam quam deperibat. Magus ergo ſuis præſtigijs effecit, vt pulcherrima fœmina verſa in equam videretur; quam cernens Maritus in lecto ſuo cubantem, turbatur, ſurgit, rem proponit eidem Machario, qui ſimili modo vt parentes & puel-

puellam à præstigijs Satanæ liberauit. Cùm tanta sit astutia & potentia Satanæ in ludificandis sensibus hominum, quid putas illum facere vt mentes præstigijs suis illudat, vt homines perdat? Ab huiusmodi Diabolicis præstigijs originem ducit, Inuocatio sanctorum, Purgatorium et missa papistica pro viuis & mortuis; adeò vt res eò tandem venerit, vt si quis alium vellet è medio sublatum, sacrificulum conueniret, numerata pecunia vt missam mußitaret, quam vocant, REQVIEM, pro viuo tanquam iam mortuus esset. Et sæpè expectationi, procurante Satana, euentus respondebat, nec pudet Pontificios in suis scriptis huiusmodi exempla referre.

Etsi autem præstigium & fascinum significatione conuenire videntur, ex quo fit vt sæpè promiscue vsurpen-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

pentur à ſcriptoribus: tamen paulo latius patet faſcini nomen. Nam duplex eſt faſcinum, videlicet, Natura malignum & Magicum.

Natura malignum eſt, quod non tam voluntarium eſt quam peculiaris naturæ in quibuſdam hominibus & beſtijs. Fit autem hoc faſcinum aliàs viſu, aliàs voce, aliàs tactu, aliàs donatione.

Viſu fit, cum ſolummodo aſpectus nocet, vt fœminæ menſtruoſæ aſpectu ſpecula vitiant. Baſiliſcus viſu Peſtilenti extinguit herbas, necat arbores, corrumpit auras, ita vt in aëre nulla alitum impune tranſuolet.

Ferunt hominem à lupo præuiſum ſubito conſternari & vocem amittere, atq; vice verſa, ſi homo prius lupum viderit, eum eadem pati. Fertur in Sardinia fœminas eſſe, quæ ſi iratæ ali-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

aliquem aſpexerint, viſu perimant. Sunt etiam homines quidam adeo malignæ naturæ, recens natis aſpectu noceant. Quò illud Virgilij pertinet: Neſcio quis teneros oculos mihi faſcinat agnos. Nam vt arcu ſagitta magno impetu in ſcopum fertur: Ita virus oculorum malignorum, rem obiectam penetrat eiq; nocet. Nulli dubium eſt infici interdum oculos ex lippitudine oculorum aliorum. Eiaculantur enim oculi lippi ſpiritus Peſtilentes, quibus aliorum oculi læduntur, iuxta illud Ouidij.

Dum ſpectant læſos oculi, læduntur & ipſi,
Multaq; corporibus tranſitione nocent.

Veriſimile eſt ergo etiam virus animi per ſpiritus viſuos contagione animi infectos, effundi aliquando in alios homines, præſertim ſi conuerſatio fuerit diuturnior.

Voce

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Voce fit, cum peſtifera laudatione rebus aliquid incommodi accedit. Solinus ſcribit quaſdam in Aphrica hominum familias eſſe, quæ voce & lingua effaſcinant ex quadam naturæ malignitate, quæ ſi impenſius forté laudauerint pulcras arbores, ſegetes lætiores, infantes amœniores, egregios equos, canes generoſos, pecudes paſtu & cultu opimas flacceſcant paulatim & emoriantur. Et apud nos ſunt, qui non ferunt ſuos equos aut canes impenſius laudari, præſertim ab ijs quorum dubia eſt amicitia. Putant enim mali ominis eſſe. Quod etſi ſæpè experientia comprobatur, velim tamen pios minimum tribuere huic rei, cùm ſuperſtitione non careat.

Tactu fit, cùm parum auſpicati homines fœtus recens natos attin-

tingunt. Sunt enim mulieres, qui puerulos fascinant solo contactu & multi surculos & plantulas contactu lædunt, vt moriantur.

Donatione seu munere non nulli etiam læduntur, vt cùm parum auspicatæ fœminæ recens natis lac præbent, aut etiam inimici homines aliquid donant suis aduersarijs. Est enim verissimum dictum: Inimicorum dona nocent, id quod Aiax suo malo agnouit, incumbens in gladium sibi ab Hectore hoste donatum. Verum est, inquit, prouerbium, quo dicitur: Hostium dona non dona sed noxæ.

Magicum fascinum est, cùm vel sensus hominum præstringuntur, vt aliud putent se videre, audire, palpare, quàm reuera est. Cuius rei suprà exempla dedimus; vel cum corpus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

pus totum malis artibus læditur, vt tandem ad extremam aciem deueniat, adeo vt totum pereat; vel cùm mentes hominum ita ligantur, capiuntur & inficiuntur magicis verbis, vt homines compotes mentis non sint, sed quodammodo stupescant, ex quo fit, vt præposterè de rebus suis iudicent. Nam voluptuaria quadam titulatione permulsi, pericula & incommoda sua non intelligunt, sed existimant se esse felices & à magno errore liberatos. Hinc transtulit Paulus vocabulum fascini ad Gall: 3. vbi inquit O: stulti Gallatæ, quis vos fascinauit vt non credaretis veritati? Vt ergo fascinum magicum stupidos facit: Ita spirituale ἀνοήτους reddit. Sed vide quæ in locum Pauli Lutherus annotauit.

De

TERtio loco Moſes Augurium & Auſpicium ponit, videlicet cùm diuinatio petitur ex auium geſtibus ſeu garritu. Apud omnes aquila fauſtum ſucceſſum ſignificauit; volans, citra laborem fauſtiſſimum; ſedens, fauſtum, ſed non ſine labore. Contra cornix cornicans infauſtum ſignum habetur. Quo illud Virgilij pertinet.

Sæpè ſiniſtra caua prædixit ab ilice cornix.

Corui crocitantes, aut noctuæ cucubantes ſupra domos, mortem alicuius vulgi iudicio prænunciant: Bubones ſimiliter bubulantes infauſti ominis ſunt, iuxta illud:

Ignauus bubo dirum mortalibus omen.

Item:

Bubulat horrendum ferali carmine Bubo.
Humano generi triſtia fata ferens.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Pica auis in vicino loco, vel supra domum cantillans, hospites nouos aduenturos putatur significare, & sanè sæpè euentus respondet, & sæpè non. Huiusmodi omnia auguria tutissimum est aspernari, tanquam ludibria Diaboli. Quod etiam gentilis Poëta fecit, cùm de occiso vate sic scribit:

Non tamen augurio potuit depellere pestem.

Quid enim vanius est quam ad regendas nostras actiones, & expectandos euentus actionum nostrarum, obseruare in quam partem aues volitent, aut quomodo aut vbi garriant? Huius superstitionis etiam est inspectio extorum animalium, cuius vanitatem Dux quidam Athenienſis scitè reprehendit. Nam cùm Prusias rex negaret se audere pugnare, quod exta prohiberent, respondit,

At

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

At tu, inquit, caruncułæ vitulinæ mauis quam Imperatori veteri credere? Proindè laudandum iudico responsum Hectoris quod est Iliados 12. qui cùm Polidamas ex volatu aquilæ vnguibus tenentis serpentem prædiceret augurium contra Troianos esse, respondit, εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνασθαι περὶ πάτρης. *Optimum augurium est pugnare pro patria.*

DE MALEFICIIS.

QVarto loco in Mose sequitur: Neq; maleficus, scilicet sit inter vos, Maleficiin genere dicuntur omnes, qui quouis modo alijs nocent & malefaciunt iniustè? Et maleficium dicitur, quicquid improbè committitur. Hinc ad certum genus nomen transfertur κατ' ἐξοχήν, *vt male-*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

fici dicantur artium magicorum periti, qui ſuis artibus ad quiduis vtuntur & maleficium idem ſit quod magia illa infamis. Tertiò ab hoc genere rurſus ad certam ſpeciem generi ſubiectam transfertur, vt hoc loco. Speciatiter enim hîc malefici dicuntur propter facinorum deteſtandam abominationem, qui arte magica hominibus, animalibus aut frugibus malignè nocent, aut eas de loco in locum transferunt; quorum facinus deteſtandum maleficium à Moſe nominatur. Admodum familiare eſt maleficis imagines cereas, filis per omnia membra tractis, eorum hominum facere, quibus nocere volunt. Has imagines baptizatas, & alijs ceremonijs conſecratas, in locum ſecretum ſeponunt, vt arte ſua affligant inimicos pro arbitrio. Si enim volunt manum inimici

torquæ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

torquæri, pungunt vel incendunt manum cereæ imaginis. Si volunt claudi fieri, vulnerant vel incendunt pedem alterum. Si volunt eum capite laborare, pulsant vel incendunt caput. Hic Diabolus, permittente Deo, ad præcamina maleficorum promptus adest & exequitur, quatenus illi à Deo permittitur, vt minister, imperata veneficorum.

Venefica pecunia vel largitionibus corrupta, adimit viro potentiam masculam & existimat se in suam custodiam reponere virile membrum. Effectus sanè sæpè votis respondere videtur, Diabolo adhibente veneno vires clam eneruante. Eadem rursus cùm volet restituit eodem ministrante. Verum quòd ipsa putat se habere in custodia aliquid, præstigium Diabolicum est. Huc Philtrum pertinet.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Sed ſciendum eſt duplex eſſe Philtrum, vnum Naturale & laudabile: Alterum Magicum & damnabile, quod huius loci eſt. Philtrum naturale eſt cùm honeſti mores, pietas & probitas aliquem ad amorem honeſtum inuitant. Vnde Menander: Philtrum optimum boni mores ſunt. Magicum Philtrum eſt, quicquid amoris conciliandi gratia arte Magica paratur, ſiue ſit poculum, ſiue res alia, ſiue nuda incantatio, qua impurus amor, ſeu potius furor, conciliatur: Iuxta illud Ouidij:

Philtra nocent animis uimq; furoris habent.

Vt pecora inimicorum moriantur, veneficæ infodiunt in terram, neſcio quas imagunculas & ineptias, in quibus prorſus nulla vis eſt per ſe ad nocendum animalibus.

Saga

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Saga acceptas aqua plenas ſcopas leuat in altum, excutit aquam in aërem vt pluuiam efficiat. Hìc ſæpè Dæmon præſto eſt & imparata exequitur.

Malefica pacta mercedem dat nautæ nodos, quibus ventus excitatur pro ipſius arbitrio. Et refertur neſcio de qua anicula, quæ dedit cuidam in funiculo tres nodos: Soluto primo, inquit, habebis aërem placidum: Si ſecundum ſolueris habebis, fortiorem: Si tertium, caue tibi. Tempeſtas enim erit. Quidam ſcriptor hac arte nobilitat Noruagicas fœminas. Huius generis maleficij meminit Virgilius cum ait:

Hæc ſe carminibus promittit ſoluere mentes,
Quas vult, aſt alijs duras immittere curas.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

sistere aquam pluuijs, & uertere sydera retro. Sub pedibus terram, & descendere montibus ornos.

Sunt qui malleis maleficis oculos furum absentium & ignotorum excutiunt, multo furibus deteriores: Digni sanè, qui pro vno oculo binos amitterent. Sed de maleficijs satis.

DE INCANTATIONE.

Etsi hebræa vox latius patet & in bonam partem interdum accipitur: Tamen latinum verbum incantare, est in personam aut in rem quamlibet carmine aliquid moliri, præter naturam & contra ordinem diuinum. Vt præpositione IN motus in rem aut personam designatur: Ita verbo CANTO modus agendi significatur. Præter naturam dico, quia nulla efficacitas per se est in verbis seu car-

carminibus incantatorum, id quod suprà in secunda quæstione demonstrauimus. Contra ordinem diuinum addo, quia non solum pugnat incantatatio cum natura & primo præcepto, verũ etiam peculiari legi Dei prohibetur, & damnatur, tanquam res Deo abominabilis, quemadmodum suprà declaratum est.

Verbo excantandi effectus incantationis significatur. Excantare enim est incantamentis expugnare & superare pro voto rem vel personam, in quam incantatio dirigitur. Interdum tamen promiscuè ponitur incantare pro excantare.

Porrò duplex est incantatio, Nuda vna, quæ solis verbis peragitur, altera Vestita gestibus & ceremonys magicis, de quibus suprà monuimus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Quod apud gentes ignaras Dei fuerit incantationis vsus multa teſtantur teſtimonia, quæ ſuprà attigimus. Virgilius ait:

Carmine uel cœlo poſſum de ducere Lunam,
Ducite ab urbe domum mea Carmina, ducite Daphnim.

Dicuntur autem omnia illa carminibus, id eſt, incantatione fieri in quibus verba, carmina, præcationes, impræcationes, & adiurationes contra ordinationem diuinam adhibentur. Nec intereſt ſiue ſacra ſint verba, ſiue profana, quæ adhibentur. Nam verbum Dei profanatur, quoties contra eius verum vſum, de quo ſupra diximus, vſurpatur. Hîc merito quæri poteſt de incantatione ſerpentum obſtruentium aures ad voces incantatorum, cuius & poëtæ & ſcriptura meminerunt.

Virgi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Et Ouid:

Viperias rumpo uerbis & Carmine fauces.

In Psal: 58. hæc verba sunt: Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surde obturantis aures suas ne exaudiat voces incantantium & venefici incantantis, sapienter. Atq; ita non solum apud profanos scriptores, verumetiam apud sacros celebre est carminibus recitatis cogi serpentes & aspides, vt virus ponant & mansuescant; non quòd in carminibus recitatis sit vlla vis, sed quia Diabolus se ministrum incantatoribus præbet, vt homines in suos laqueos pertrahat.

Sed non immeritò miretur aliquis quòd serpentes & aspides obturent aures, ne audiant incantamenta. Nam si non audirent, nullius essent effica-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

efficaciæ. Hinc aliquis sic fortè colligit. Si obturatio aurium in serpentibus & aspidibus est naturalis, profecto incantationes ipsas esse naturales verisimile est, cum effectus naturalis sit causæ naturalis. Respondeo. Serpentes & aspides nequaquam sunt natura edocti, vt obstruant & obturent aures ad voces incantantium, sed idem qui efficax est in carminibus incantatorum pro suo arbitrio facit, vt serpentes aures obturent, vel non, vt ita persuadeat hominibus in sola pronunciatione & auditione verbi inesse efficaciam, quo paulatim eripiat hominibus verum verbi Dei vsum, nec frustrà hoc conatur Satan. Hodiè enim multos videmus, qui audiunt verbum & putant se operæprecium facere verbum audiendo, etiamsi nec credant nec viuant secundum verbum. Sed pij

norunt

norunt regulam : Beati qui audiunt verbum Dei et custodiunt illud Nam auditum & non custodi[illegible] mortua litera est.

DE MAGIA SPECIALI.

SEPtimo loco Moses magiam videlicet specialem ponit. Alioqui enim magia complectitur omnes artes damnatas & prohibitas à Mose in lege quam supra adscripsimus. Est autem Magia specialis non illa, quæ nocet, hominibus aut alijs rebus damnum & nocumentum infert, sed quæ prodesse videtur. Ita enim Suidas discernens inter γοητείαν, μαγείαν & φαρμακείαν ait: μαγεία est, inuocatio Dæmonum beneficorum ad aliquid conficiendum bonum. γοητεία fit per coactionem mortuorum etiam inuocatione. φαρμακεία veneficium, fit cùm

alio-

aliquid alicui porrigitur ſumendum ore, quod mortem ſit allaturum certis incantamentis præparatum. Hæc Suidas. Sed veneficij nomen poſteà ad totum genus tranſfertur.

Quoniam autem magia hæc ſpecialis ad aliquid conficiendum bonum, vt aiunt, ordinatur, Iamblichus beneficis Dæmonicis nimium tribuens, non vult eam accuſari, nedum condemnari. Ita enim ait: Non oportet artem totam accuſari tot ſeculis vſu & magno labore comprobatam. Sed vbi ò Iambliche probaueris Dæmonas eſſe beneficos, quod nunquam poteris, niſi mel veneno tinctum bonum dixeris: Vbi oſtenderis inuocationem Dæmonum ſtare poſſe cum vera Religione, quod non facies donec hoc oraculum ſteterit Domi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Dominum Deum tuum odorabis & illum ſolum coles; & vbi monſtraueris omnia quæ habent multorum ſeculorum vſum, & magno fiunt labore eſſe licita, quod tunc præſtabis, quando vicia omnia, quæ inde vſq; à principio prævaluere, iuſtificaueris, quæ ſanè habent, proch dolor, & vſum longum, & laborem plurimum. Cum hæc, inquam, feceris, tibi ò Iambliche aſſurgemus, & laudem tuendæ veritatis tribuemus.

Verum quid tibi ò Iambliche hoſtis & perſecutor nominis Chriſti, & plurimorũ ſimpliciũ hominũ ſeductor, vt deficerent à Chriſto, accidit? An non tibi ipſi exitio ars tua quã prædicas fuit? ſed breuiter hiſtoriã adſcribemus, in qua videre eſt quàm aſtutè diabolus hominibus inſidiatur, vt plurimorũ ſanguis effundatur. Scribunt ſub

Valente

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Valente imperatore Libanium Sophistam & Iamblichum alectryomantiam (id est, diuinationem per gallum gallinacium) fecisse, inquirentes quis in regno Valenti successurus esset. Est autem alectryomantia, vt fertur, huiusmodi. Literæ 24. græcæ pulueri inscribuntur & harum vnicuiq; tritici aut hordei granum imponitur. Deinde gallus dimittitur, carminibus quibusdam interim & incantamentis recitatis, & animaduertitur à quibus elementis grana capiat, quæ coniuncta id quod quærebatur ostendunt. Id igitur, cum Libanius & Iamblichus fecissent, cernebant gallum granum primum ex θ, alterum ex ε, tertium ex ο, quartum ex δ, sumsisse, quo fiebat vt ambigua hæc esse significatio θεοδ. Cum vel Theodorus, vel Theodotus vel Theodulus vel Theodosius signi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

ſignificari videretur. Eius rei certior factus Valens, multos ijs nominibus vocatos, ob ſuſpicionem interemit, & ipſos diuinatores inquiſiuit. Quo circa Iamblichus crudelitatem eius metuens veneno hauſto, vitam ſibi ademit.

Sed videor mihi audire quid noſtri obijciant. Diſcrimen clamitant permagnum eſſe inter Ethnicorum magiam & θεουργίαν (vt honeſtiori vocabulo vtamur) Chriſtianorum: illi enim Dæmonas, hi ſanctos inuocant, Illi profanis, hi ſacris verbis vtuntur: illi characteras ignotos, hi ſignaculum crucis vſurpant. Vide quæſo aſtutiam Satanæ, pingentis ſuas impoſturas pietatis fuco. Quantum enim ad inuocationẽ attinet, nihil plane intereſt. Nam ſiue Dæmonas inuoces, ſiue ſanctos, à Deo defeciſti, cuius ſolius cul- eſt inuocatio. Si

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

addis Christi nomen & sacra Dei verba, item signaculum crucis rem totam polluis abusu, vt qui nec mandatum nec promissionem, sed interdictum & comminationem habeat. In characteribus, qualescunq; sunt, nulla est efficacia nec natura, nec ordinatione diuina, quemadmodum supra demonstratum est.

Verùm, vt vanitas illorum qui pietatem prætendunt manifestior fiat exemplum quod in papatu vsitatissimum est, adijciamus. Si quis inquiunt, laborat Epilepsia, & aliquis interueniens in laborantis aurem clamauerit: Balthasar, Melchior & Casspar te sanent, mox virtute huius vocis sanabatur ægrotus. An non obsecro perinde est, ac si quis manifestè Dæmonas inuocaret? Hoc profectò fatebitur quisquis v. l ad limen pietatis ele-

tis elementa ſalutauerit. Sed quid amplius faciunt? Vt ſecurus reddatur aduerſus Epilepſiam qui ſic Magicè eſt ſanatus, iubent eum alligare ad collum nomina trium regum, Balthaſar, Melchior & Caſpar, vnde hos lepidos verſus fabricarunt:

Caſpar fert Myrrham, Melchior Thus, Balthaſar, aurum.
Hæc tria qui ſecum portarit nomina regum.
Soluitur à morbo Domini pietate caduco.

Hic coniungunt Belial & Chriſtum inter quos nunquam conueniet. Confundantur igitur omnes, qui ſub quauis ſpecie à Deo ad non ordinata & illicita media cunfugiunt. Quicunq; hîc quærunt aufugia quibus ſe excuſent, quærunt præſipitia vnde ad poſtremum deijcientur in infernum. Qui ergo Deum verè timent, nihil tentent, quod vel manifeſtè

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

feste contra Deum est, vel de quo iusta dubitatio esse poterit.

Sed quid, inquies, dicis de anulo, quo dicitur curari Epilepsia? In Anglia enim ante lucem Euangelij illic ortam, creditum & exploratum scribitur, quod si anulus fieret ex auro, à rege Angliæ, die quem vocant Parasceues, oblato super crucem, valeret contra Epilepsiam, si laborantis digito imponeretur. Profectò non dubito Diabolum hoc suo miraculo voluisse confirmare idololatriam, et ligni crucis impiam adorationem in hominum pernitiem. Nec plus tribuo facto regis Galliæ. Fertur enim quod si quis Struma laborans veniret ad regem Galliæ et rex attingeret ægrotum & dixerit: Rex te tetigit, Deus te sanat, mox sanetur. Quid enim hoc aliud est quàm ludibrium Satanæ?

Sed

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Sed vtrobiq; & in Anglia & in Gallia ad lucem Euangelij istas Diabolicas tenebras euanuisse credo. Sed de his satis, superq;.

CONCLVSIO.

HActenus de superstitione Magica diximus, quæ iudicauimus digna esse commemoratione, idq; in hunc finem, vt pij admoniti detestentur, execrentur ac fugiant omnes illicitas artes à Diabolo in mundum inuectas, vt hominibus scientiam salutis veram adimat, & in ipsius locum suas imposturas & laqueos substituat, in contumeliam Dei & in hominum certissimum interitum. Nunc coronidis loco pauca adyciemus.

Primùm Generalem instructionem, qua quisq; erudiatur, quomodo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

ſe armet aduerſus magicas impoſturas, trademus.

Deindè conſilium dabimus miniſtris Euangelij, quomodo cum Magis agent, vt eos ab errore ſuo reuocent.

Poſtremò magiſtratui præſcribemus quid ſequi poterit, bona conſcientia cum huiuſmodi triſtes caſus offeruntur.

DE PRIMO.

EIſi inſtructio generalis, qua quiſque erudiatur quomodo ſe aduerſus Magicas impoſturas armet, admodum facilis eſt, & ſi vno verbo dixeris vnam pietatem ἀλεξιφάρμακον eſſe omnium malorum, totum dixeris: tamen vt plenior ſit inſtructio, diſtinctius agemus. Quicquid enim diſtinctè traditur, citius percipitur, perfectius cognoſcitur, melius retinetur

tinetur et ſuauius recolitur. Ante omnia ergo tenenda eſt hac regula tanquam fundamentum. Omne malum aut culpa eſt, aut ex culpa. Malum culpa, peccatum eſt: Malum ex culpa pœnæ dicitur. Quod culpa ſit hominis propria, nemo, vt opinor, inficiabitur. Nam illorum dogma, qui Deum autorem peccati faciunt, noſtræ eccleſiæ magno conſenſu & iuſtiſſimè deteſtantur. Quod autem malum ex culpa, ſeu propter culpam ſit à ſolo Deo, confirmatur dicto Domini, quod eſt Amos 3. Nunquid erit malum in ciuitate quod Dominus non fecerit? Hoc autem malum Dominus facit, nunc efficaciter nunc νῦν συγχώρησιν id eſt, permiſſiue, ſed nunquam iniuſtè. Veriſſimum eſt enim cuiuſdam patris dictum. Nec natura Dei nocere quiſquam poteſt: Nec

natura Dei nocere quicquam iniuſtè poteſt; nec natura Dei nocere iniuſtè quemquam patitur. Et Seneca verè ait: Nemo ſine ſuo vitio miſer eſt.

Ex hac regula tanquam eximmoto principio concludat pius apud animum ſuum, quod nec Diaboli nec Magi, nec alij homines poßint ſibi nocere citra culpam, quam Dominus iuſto ſuo iudicio, & paterna miſericordia punit. Ideo Iob, cùm Diabolus ipſe corpori morbum, familiæ necem, & fortunis vim per Chaldæos intuliſſet, ait: Sit nomen Domini benedictum: Dominus dedit Dominus abſtulit: Et addit: Etiamſi me occiderit in ipſum ſperabo, Nec diſſimulat peccatum ſuum, cùm agnoſcit redemtorem. Sciuit ergo Iob, nec Chaldæos ſuis artibus, nec Diabolum ſua malitia ſibi nocere potuiſſe, ſine ſapienti

Dei

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Dei consilio, iusto iudicio, & paterna misericordia.

At hîc fortè obiecerit alquis, Abel citra culpam occiditur à fratre: Baptista innocens trucidatur ab Herode. Respondeo. Nec Abel, nec Iohannes culpa carebant digna eo mortis genere, quo sunt affecta. Imetsi enim personæ respectu, & Abel & Iohannes innocens erat coram iudicio humano: tamen respectu naturæ vitiosæ, vterq; reus erat coram Deo & dignus poena. Si ergo personam respicis per se, δοκιμασία fuit: Si naturam, τιμωρία iusta: Si Cain, & Herodem, crudelis & iniusta tyrannis: Si Deum, iudicium & misericordia: Si ecclesiam, exemplum fortunæ ecclesiæ totius in hac vita.

Hac regula firmissimè in animo constituta, proximum est, vt à

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

culpa abſtineat qui in malum propter culpam incurrere nolit. Nam propter iniquitates corripit Dominus hominem Pſal: 39. Et quia impoſsibile eſt, vt Nazianzenus ait: Hominem eſſe & non peccare, quatuor facienda ſunt. PRIMVM, Summa cura cauenda ſunt peccata voluntaria, ſeu contumaciæ, quibus excutitur Spiritus ſanctus, amittitur fides, vaſtatur conſciencia, & homo auerſus à Deo Satanæ ſe mancipat, rurſus ſubiectus maledictioni diuinæ, & morti æternæ, donec reſipiſcat. Ex quo fit, vt Satanas in eo ſit efficax, ad Epheſ: 2. DEINDE peccata quæ ex ignorantia et infirmitate quotidiè etiam à ſanctiſſimis committuntur, vera pœnitentia, quæ nititur merito precioſi ſanguinis Chriſti, eluenda ſunt; quorum quotidiè ex mandato Domini remiſſionem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

nem petimus. Huc illud Iohannis pertinet: Si quis peccauerit aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum & ipse est propiciatio pro peccatis nostris, & non pro nostris tantum, sed pro totius mundi. TERTIO ardentibus precibus pugnandum est contra Diabolum & eius membra. Nam nulla re ita Diabolus terretur & repellitur à nobis, atq; oratione ardenti, quæ à pio pectore proficiscitur. Sicut enim musca, quantumuis magna fuerit, ab olla feruente fugit: ita Diabolus fugit ab homine cuius cor ardet vera Dei inuocatione, qua Deo arctius iungitur. Atq; hoc vult Iacobus cum ait: Subditi estote Deo, & resistite Diabolo, & fugiet à vobis. QVARTO in hunc modum animo tuo composito, subijcies te sapientissimæ

mæ optimi Patris prouidentiæ, iuxta verbum eius (omnibus curiosis carnis dubitationibus & quæstionibus exclusis) in vero timore, inuocatione, gratiarum actione & obedientia, cùm in cruce, tùm in tota vita; certus, quòd ærumnas huius vitæ exceptura sit tandem sempiterna felicitas, quæ nunquam artibus Satanæ aut vllis alijs aduersis interrumpi aut minui poterit. Hinc futurum est, vt feras patienter quacunq; ratione Deus tuam fidem explorare velit, certo tibi persuadens, quòd iuxta regulam Pauli: Omnia diligentibus Deum cooperantur in bonum, ad Rom: 8. Hæc regula dulcissima promissione, quæ est Esaiæ 54. confirmatur: Montes mouebuntur, & colles contremiscent, misericordia autem mea non recedet à te, nec fœdus pacis meæ mouebitur, dicit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

dicit miſerator tuus Dominus. Hinc videtur extruxiſſe Tertulianus dulciſſimum illud dictum de patientia: Adeo ſatis idoneus patientiæ ſequeſter eſt Deus, ſi iniuriam depoſueris penes eum, vltor eſt: Si damnum, reſtitutor eſt: Si mortem, reſuſcitator eſt.

DE SECVNDO.

QVid faciet pius Euangelij miniſter, cùm ſibi aliquis Magicæ impietatis reus offertur? Ante omnia cauebit, ne lancibus humanæ rationis vllum peccatum ponderet. Nam omne peccatum quatenus in ſe conſideratur, pendendum eſt menſura eius, in quem peccatur. Cùm ergo Deus ſit infinitus, caueat miniſter Dei ne vllum peccatum cum Dei mandato pugnans tanquam vile reputet. Quapropter omne pecca-

peccatum magorum, quantumuis leue videatur coram hominibus, horrendã abominationem coram Deo, fœdam profanationem nominis Dei, turpem defectionem à Deo ad hostem eius diabolum, et damnandam pacti, cum Deo in baptismo initi, violationem autoritate verbi Dei munitus, audacter & grauiter pronunciabit.

Deindè quantum ad personas magicæ impietatis reas attinet, non est par ratio. Discernendum est enim inter eos, qui simplicitate quadam & pietatis prætextu, in alicuius, vt putant, commodum suam δεξγίαν exercent; & eos qui malitia peccant, vt alijs obsint.

Quoniam autem qui simplicitate quadam & pietatis prætextu, vt alicui sua arte commodent, Magiam exercent, pietatem prætendunt, dicuntq; se bono

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

se bono consilio, ac bona intentione permotos, facere quicquid faciunt, non vt noceant alicui, sed vt opem afflictis ferant, quod Caritatis est opus. (Hæc sunt ferè, quæ in sui defensionem adferunt Magi, qui sua se arte opem ferre afflictis clamitant, & propterea se extra omnem culpam esse existimant). Hanc laruam pietatis & caritatis detrahet ipsis minister Euangelij, idq; hoc pacto. Ante omnia grauiter refutabit istam impiam opinionem, docebitq; nihil pietatis nomine censendum esse, quod destituitur claro verbo, & expresso mandato Dei; nullum consilium iudicandum esse bonum, quod cum ordine diuino & consilio Dei pugnat; nullam intentionem bonitatis laude ornari debere, quæ regulæ Christianismi aduersetur; &

nullum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

nullum caritatis opus dicendum, quod corpori valetudinem, & animæ pernitiem adferat. Hæc grauiter sunt inculcanda, & scripturis confirmanda atq; demonstranda. Deindè refutata opinione, qua suam impietatem palliarunt Magi, peccati quod commissum est Magica superstitione magnitudo & deformitas exaggeranda est, & ostendendum ista quatuor mala quæ modo recitauimus, videlicet, horrendam abominationem coram Deo, fœdam profanationem nominis diuini, turpem defectionem à Deo, & detestandam pacti, cum Deo initi in baptismo, violationem, in isto peccato concurrere, vtut leue coram hominibus videatur.

Verum si quis hîc obiecerit, nimis grauem sententiam ferri in eos, qui ex errore peccant. Respondeo.

Pecca-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Peccatum ex errore est duplex. Vnum quod non pugnat cum fundamento, nec fidem excutit, qualia sunt multæ omissiones & infirmitates, Aliud quod ex diametro pugnat cum fundamento, atq; illud euertit, quale est peccatum eorum magorum, qui se pietatis prætextu excusant. Fidem enim promissionum diuinarum suffocat in cordibus, cùm eorum qui exercent magiam, tùm illorum, qui arte magorum curari videntur.

Tertiò his ita confectis, grauiter, vt requirit diuini ministerij maiestas, consilium ex re præsenti capiendum est. Nam in istum modum detracta bonæ opinionis pietatisq; larua, et monstrata peccati enormitate, aut emendationem promittunt qui peccarunt, aut manent pertinaces in sua

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

opinione, & pro hac ergo diuersitate cum illis agendum erit.

Si promittit emendationem, qui simplicitate sua abreptus erat in superstitionem magicam, & rectè instructus verbo Dei, tangitur vero dolore cordis propter peccatum à se commissum, hortabitur eum minister Euangelij ad pœnitentiam, monstrabit gratiam superabundare peccatum, ostendet bonitatem Dei & clementiam non volentis mortem peccatoris, sed conuersionem vt viuat. Si hîc peccator admittit consolationem, & erigitur diuinis promissionibus, confirmandus est in eo proposito, & admonendus ne se rursus in laqueos Diaboli ob vlla terrena commoda pertrahi sinat, & significandum est illi, quàm periculosum sit peccatum verè agni-

tum

tum iterare. Nam inde paulatim dedolentia quædam nascitur. Atq; ita instructum & admonitum in pace gratijs Deo actis, abire iubeat.

Verùm quia factum ipsum aut publicè notum est, aut non, teneantur hæ regulæ, ex lege caritatis & ex verbis Domini. Matth : 18. extructæ.

Prima, si publicè notum fuit factum, publicè minister verbi declaret peccantis conuersionem, vt tollatur scandalum; deprecetur nomine rei culpam apud Ecclesiam; petet preces ad Deum pro eo fieri, vt in posterum caueat Diaboli insidias : moueat quoq; totum cœtum, vt vigilet & oret, ne quis insidijs Diaboli circumuentus, gratia excidat

Secunda, si factum publicè non innotuit, caritas suadet, vt mi-

 nister

nister Euangelij delictum fratris tegat. Hoc enim modo & scandalum vitatur, & famæ proximi consulitur. Atq; hoc est quod Dominus vult cùm ait: Si peccauerit in te, id est, te conscio, frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum, si te audiuerit lucratus eris fratrem tuum. At si manet pertinax in suo proposito, nec vult resipiscere; minister verbi regulam Domini sequatur & adiungat sibi vnum atq; alterum virum grauem, vocetq; reum, vt oratione, doctrina, admonitione, & obiurgatione conuincatur de suo errore. Quod si conuictus resipuerit, agatur cum illo, iuxta regulas quas modo tradidimus. At si contumax esse perrexerit, excommunicatione feriendus est, vt pudore suffusus tandem sapiat. Ver si non corrigitur excommunica-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

municatione, idq; breuissimo temporis spacio (Nam mora periculum habet, ne alij contagione polluantur) res deferatur à ministro verbi, ad politicum magistratum, vtriusq; tabulæ custodem, cuius officium est tollere scandala, vel exilio, vel pœnis corporalibus, in ijs præsertim, qui sunt insanabiles.

Exposuimus hactenus nostrum consilium de ijs, qui simplicitate quadam & obtentu pietatis magia vtuntur, in commodum, vt aiunt, aliorum, & ostendimus quomodo cum illis agendum sit, quo sanentur. Iam vno verbo de ijs qui illicitis artibus, hominibus, animantibus, aut frugibus damna inferunt, dicemus. His conuictis legitimè de suo facinore, gladius politicus non parcet. Crudelis est enim misericordia, in multorum damnum

vni parcere. Quare dictum Bernhardi iustissimum est: Melius est vt pereat vnus quàm vnitas.

Cæterùm, quia minister verbi, salutem animæ miseri quæret, vsitato in nostris ecclesijs ordine agat cum reo. Hoc est Primũ inculcet reo, de quo sumetur supplicium, magnitudinem & enormitatem peccati sui, quam si agnoscit, erigatur promissionibus, vt suprà monuimus. Deindè de supplicio quod sustinebit ex sententia magistratus docebitur. Primũ, quod illud suppliciũ nequaquam sit expiatio peccati sui coram Deo. (Hîc enim vna mors Christi locum habet) sed iusta vindicta, quam magistratus ex mandato Dei exercet in eos, qui humanam societatẽ scelerate læserunt, et scandalo graui ecclesiam Dei vulnerauerunt. Satisfit igitur non Deo per illud supplicium, sed hominibus solumodo, qui læsi erant. Deinde

indè ſupplicio afficiendus admonebitur, quòd tametſi ſupplicium quod ſuſtinebit, ex ſententia magiſtratus, iuſta pœna ſit pro peccato: tamen fiat ſacrificium Deo gratum, modo temperetur fide, obedientia et patientia. Nam fides qua accipit remiſſionem peccatorum; obedientia, qua ſe Deo et legibus ſubycit, & patientia, qua forti fert animo ſe propter ſuum peccatum puniri, notant ſupplicij conditionem, idq; ex mera bonitate Dei, vt cultus Deo gratus euadat ex gratia, quod ſua natura iuſtum ſupplicium erat, iuxta illud: Sacrificium Deo gratum Spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies; huc exemplum latronis qui cum Chriſto propter ſua malefacta cruci affixus eſt, pertinet. Hic enim fide adiunxit ſe CHriſto, voce

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

clara iustum esse suum supplicium agnouit, Atq; ita Deo & legibus obtemperans, patienter pœnam quam meruerat, sustinuit, non dubitans de promissione Christi, qui sibi dixerat: Hodie mecum eris in paradiso. Quod ergo Latroni natura sua iusta pœna erat, conuersum est pœnitenti in magnum gaudium. Nam & in medio supplicio Spiritus Christi assistentia confortatus est, & morientis anima à crucis patibulo, in paradisum beata & immortalis est ingressa. At sinistri Latronis supplicium, quia non erat temperatum fide, obedientia & patientia, non fuit sacrificium Deo gratum, sed Diabolo iucundissimum spectaculum, qui effusione sanguinis humani mirum in modum delectatur. Tertiò docebitur reus de consilio Dei, volentis ipsum in manus magistratus

venire,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

venire, & ab eo puniri propter ſua facinora. In Hoc Dei conſilio, duo ſunt obſeruanda & reo diligentiſſimè inculcanda, videlicet Miſericordia Dei & Iudicium Dei. Miſericordiæ quidem eſt, quòd Deus facinoroſum ſupplicio inuitare ad ſeriam pœnitentiam velit. Multos facinoroſos cùm ducerentur ad locum ſupplicij audiuimus dixiſſe: Si Deus me in manus magiſtratus, puniendum propter mea ſcelera, non tradidiſſet, actum fuiſſet de mea ſalute, omnino in peccatis meis fuiſſem mortuus, æternum damnandus. Nunc autem gratias ago Deo meo, qui ex ſua magna miſericordia me ad ſupplicium vocat, vt iſto pacto, me conuertat, & conuerſum ſanet. Exempla miniſtris verbi nota ſunt. Iudicij verò eſt, quòd Deus propter conſeruandam & tuendam humanam

ſocietatem, & eccleſiam, hanc diſciplinam velit conſeruari, vt qui publicè peccarunt, publicè etiam pœnas luant. Hac enim ratione minuuntur ſcandala, tranquilitas conſeruatur: honeſtas defenditur; & pietas propagatur inter homines.

DE TERTIO.

TErtio loco propoſui me dicturum aliquid de officio Chriſtiani magiſtratus ſeu Iudicis, ne quid faciat in iudicando contra conſcientiam, & quia nunc de magicis ſuperſtitionibus agitur, tria ordine faciemus.

Primùm refutabimus eorum errorem, qui iudicium de rebus magicis ad politicum magiſtratum pertinere negant.

Deindè de accuſatione & eius variis modis quædam attingemus, vt

iudex

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Iudex de hac re admonitus, diligentius de suo officio cogitet.

Postremò qualem oporteat esse iudicem, eiusq; sententiam breuissimè exponemus.

Error eorum qui iudicium de rebus magicis ad politicum magistratum, seu iudicem, pertinere negant, nimis crassus est, & indigna pijs mentibus. Non enim intelligunt isti magistratum esse custodem vtriusq; tabulæ: Non perpendunt cur iudices in scripturis, Dij, Patres, & Pastores cognominentur. Quo quæso pertinebit diuini nominis communicatio, nisi vt admoneat iudicem seu magistratum politicum, vt cogitet summam & primam curam sibi esse debere veræ religionis tradendæ, conseruandæ & propagandæ, inter homines? Iam autem cùm vera religio, nisi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

niſi deſtructa falſa religione tradi, conſeruari & propagari non poſſit, quis non videt piorum regum & principum, hoc eſt, ſummorum iudicum officium eſſe ſuperſtitiones omnes, inter quas vel primum locum occupant impoſturæ Magicæ, legibus & pœnis tollere? Eodem pertinet patrum & paſtorum appellatio, de qua aliàs diximus. Huc non ineptè referes dua illa Platonis præcepta, quorum Cicero meminit Vnum; Quod qui præſunt, reipublicæ, vtilitatem ciuium ſic tueantur, vt quicquid agant ad eam referant, obliti commodorum ſuorum. Alterum, vt totum corpus reipublicæ procurent, ne dum aliquam partem tuentur, reliquas deſerant. Iam vero qui negant ad iudicem politicum pertinere iudicium de rebus magicis, non-n. tacitè vtilitatem ciuium, & procu-

ratio-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

rationem totius corcoris reipublicæ ad Magiſtratum pertinere inficantur? Si quis obiecerit, nullam legem de iſtis rebus eſſe latam in hoc regno, audiat vocem Dei omnibus humanis legibus anteponendam. Maleficam ne patieris viuere: audiat leges Imperatorias, quæ idem ſeuerè imperant: Sciat conſuetudinem longam huius regni, cum verbo Dei & cum religioſorum imperatorum legibus congruentem, vim legis habere. Sed quid multis? Magiſtratus præcipuum munus abolet, qui illius legibus & oœnis, manifeſtam nominis diuini profanationem coërcendi adimit.

Accuſatio ſecundo loco ſequitur, de qua ideo dicam, quia interdum iudices, etſi norunt flagitia quæ committuntur: tamen ſe excuſant quo minus in flagitioſos animaduertunt, prop-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

propterea quod nullus sit qui accuset: Ita enim admoniti de suo officio respondere solent. Verum hîc sciendum est, quòd tria sint accusandi genera. Primum, cùm publica fama aliquem notat & accusat. Secundum, cùm in republica benè constituta, sensores morum ad magistratum deferunt, quæ corrigenda & punienda iudicant. Tertium, cùm priuatìm læsus accusationem instituit coram legitimo Iudice.

Quantum autem ad accusationem, quæ fit per publicam famam attinet, sciat Christianus Iudex suum officium esse in Republica, quod est boni patris in familia. Quid hîc facit bonus Pater? Si fama peruenerit ad ipsum esse in sua familia hunc vel illum qui nequiter agit, non-

ne sta-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

ne ſtatim omnibus modis inquirit, nec deſinit inquirere, donec ad veram rei cognitionem venerit? Atq; ita, quantum in ſe eſt, de ſua domo ſcandalum tollit. Si hoc facit Paterfamilias in vna domo, multo magis chriſtiani Iudicis erit, & præſertim ſummi, qui Pater patriæ appellari gaudet, inquiſitionem ſeriam facere, vt tandem cognoſcat vera ne ſit publica fama, an non, vt tollat ſcandala quibus multi offenduntur. Omitto breuitatis gratia exempla. De alijs duobus accuſationum generibus nihil opus eſt dicere, niſi vt ſecundum leges inſtituantur & determinentur, audita vtraq; litigantium parte, iuxta illud Senecæ dictum: Qui ſtatuit aliquid, parte inaudita altera, æquum licet ſtatuerit, haud æquus eſt. Deindè vt litigantium,

hoc eſt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

hoc est, accusatoris & rei officium est tantummodo ostendere rem ita esse, vel non esse sic factum, vel non factum esse: ita solius iudicis est rem vel factum iustum vel iniustum cognoscere, & pronunciare, & non discere à litigantibus.

Cæterùm, qualem requiro iudicem breuissimè accipite: Iudex sit sapiens, vt legem intelligat: Sit bonus, vt calumnias auersetur: Sit prudens, vt legem rectè ad caussam accommodet; Potens, vt delinquentes coêrcere & innocentes defendere possit: Sit timens Dei, ne quicquam ex priuatis affectibus agat, quo polluat conscientiam suam, sed omnia ad gloriam Dei, & vtilitatem reipublicæ, cui præest, referat; vt & nomen Dei, & pastoris, & patris piè tueatur. Breuiter, cogitet se ministrum Dei esse, vt exerce-

exerceat non ſuum ſed Dei iudicium. Qui enim ſuum ex affectibus exercet iudicium, experitur aliquando verum dixiſſe Poëtam qui ait:

ἦ σὺ κακῶς δικάσῃς σε θεὸς μετὰ πᾶσι δικάσει.

Porro quia Iudex exercet non ſuum ſed Dei iudicium, cuius regula Lex eſt, duæ quæſtiones ſe hîc offerunt. Vna, an liceat magiſtratui aliquando reo contra legem apertam peccanti parcere, an non? Altera, an ἐπιείκεια, quæ cum verbis legis pugnat, ſit cuiuſuis Iudicis nec ne?

De prima quæſtione, videlicet, an liceat Iudici, delinquenti contra legem parcere an non, Hæc teneatur regula: Quando extrema vo-

luntas legis patitur mitigationem, & qui peccauit, potest emendari sine grauiori pœna, & societas humana non periculosè scandalo offenditur, potest Iudex Christianus exemplo Dei (cuius vice in iudicando fungitur) vel mitigare pœnam, vel parcere omnino reo, modo suppliciter petat veniam, & seriam promittat emendationem.

Hæc regula copulatiuè est accipienda. Nam simul oportet finem, seu extremam voluntatem legis (quæ absque omni dubio est pia societatis humanæ conseruatio) conditionem peccantis, & totum reipublicæ corpus intueri. His enim simul collatis & consideratis, facilè intelligat prudens Iudex, quando Iusticia, & quando Mise-

ricor-

ricordia sit vtendum. Exemplis breuitatis gratia supersedeo.

De altera quæstione, an ἐπιείκεια, quæ cum verbis legis pugnat, sit cuiusuis Iudicis nec ne? Sunt enim Iudices supremi, intermedij, & infimi seu populares. Si Iudex qui est infimi ordinis ἐπιείκειαν admittit, hoc est, si non iudicat secundum τὸ ῥητὸν legis, sed, vt putat, secundum διάνοιαν, periculo se inuoluit, & calumniatoribus se exponit, ideo sic agat, non statim puniat iuxta verba legis, sed caussam defferat ad supremum Iudicem, cuius solicus est legem accommodare ad caussam, eamq; interpretari, idq; cùm ex consideratione finis vltimi legis, tùm ex circumstantiarum, personarum & rerum examinatione. Atq;

hoc faciet quando voluntas legislatoris cum verbis legis prudenti Iudici videtur pugnare, alioqui non. Nam si mens legis & τὸ ῥητὸν concurrunt, nullus locus ἐπιεικείᾳ relinquitur. Hanc ἐπιείκειαν ideo esse supremi iudicis dixi, quia is solus viua Lex suorum est ciuium, cui reliquos omnes parere oportet.

Porro in sententia ferenda, inter supremum Iudicem & subordinatum, tenendum est hoc discrimen. Supremus Iudex potest in ferenda sententia probabiles coniecturas ex multis signis congestas, sequi. Signorum enim plurium collatione certificatur Iudicis conscientia, vt de qualitate causſæ non dubitet. De signis ergo rectè à Poëta dicitur: Quæ si non prosunt singula,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

la, multa iuuant. At ſubordinatus Iudex debet habere vel ſponteneam confeſſionem rei, vel teſtes ſufficientes, de quorum fide non heſitat. Atq; hæc cauſſa eſt, cur cauſſæ dubiæ ſupremo Iudici reſeruentur: Siquidem ſubordinatus Iudex non conſcientiæ ſuæ teſtimonio contentus eſſe debet, ſed teſtium quorum fides digna eſt, aſſeueratione, iuramento ſolenni adhibito, opus habet.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

APPENDIX
DE
QVINQVE CONSI-
liarijs peßimis.

Quinq; ſunt Conſiliarij iniqui, qui cùm admittuntur, cum ſuis ſuffragijs, ad ferendam de quauis cauſa ſententiam, actum erit de æquitate.

Horum nomina ſunt:

1. BENEVOLENTIA.
2. ODIVM.
3. CONTEMTVS.
4. METVS.
5. SPES.

Hi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Hi enim ſæpè peruertunt iudicium, hoc eſt, iuſtificant impium et condemnant iuſtum.

1. *BENEVOLENTIA, ſontem ſæpè abſoluit vel contra leges manifeſtas, vel legibus Sycophantia deprauatis & iniquiſſimè detortis. Ideo Nazianzenus rectè dicit, Beneuolentiam ſæpè facere vt Iudicem veritas vel fugiat, vel calumnijs obruatur. Hîc Iudex cogitet quid faciat, cùm Deum iniquæ ſententiæ teſtem faciat. Non enim ſuam, ſed Dei ſententiam pronunciabit Iudex. Cùm igitur contra Deum pronuncieat, non tam Iudex quam Iudas cenſendus eſt.*

2. *ODIVM inſontem ſæpè condẽnat ſimili modo, hoc eſt, aut contra*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

legem manifestam aut deprauatis legibus. Quid enim non audet odium furori inueterato simile? De his duobus iniquis consiliarijs, Deus hanc fert sententiam apud Esaiam: Qui iustificat impium & condemnat iustum, vterq; est abominatio coram Domino. Nec mirum est, cum & mens eorum sit polluta mala sententia, & conscientia contaminata malo proposito, contra naturam fidei Christianæ, et dilectionem fraternam, sine quibus homines frustra de Christianismo gloriantur.

3. *CONTEMTVS & reum et pauperem negligit. Reum quidem vt indignum cuius magna habeatur ratio, siue damnetur, siue obsoluatur: Pauperem vero, vt indignum cuius nomine Iudex molestiam in exami-*

nenda

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

nenda causa sibi sumat. Narratur historia de quadam fœmina paupere, quæ affecta iniuria à quodam ciuium suorum, venit ad Regem, conqueritur de iniuria sibi facta, Rex autem accinctus itineri, respondet sibi ocium non esse istam controuersiam audire, cui mulier: Est ne tibi ocium vt Rex sis & saluteris? Hoc audito, Rex incipit cogitare de Regis officio, & vocato aduersario mulieris, et auditis vtrinq; partibus, mulierem insontem pronunciat. Si hoc fecit Iudex Ethnicus, quid faciet Christianus?

4. METVS declinat pericula. Iudices enim præcipuè qui sunt plæbei ordinis, cùm non possunt sustinere potentum iram, sæpe non tam in gratiam eorum pro quibus inuiti iu-

 dicant

dicant, quam vt ipsi vitent pericula, peruertunt iudicium. O quanta est hæc impietas, plus hominem quam Deum timere: Magis metuere pulueris & cineris indignationem, quam iram Dei.

5. SPES, quintus Consiliarius iniquus, hæc cùm sibi amicos conciliare cogitat, placentia pronunciat; ex quo fit, vt iustus causa excidat & contra eum pronuncietur. Norunt fortè Iudices ipsi non esse huius rei rara exempla. Cum antiquas leges sibi aduersari vident, confugiunt ad nouas. Si hæ aduersantur, interpretationem quærunt, non ex Legislatoris mente, sed ex priuatis affectibus, quos in iudicium adferunt.

Vt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Vt autem Christianus Iudex non det locum istis iniquis Consiliarijs, existimet ex verbo Dei quanta sit grauitas peccati Iudicis, aliquem insontem condemnantis, & quanta pœna istud peccatum aliquando excipiat. Nam qui aliquem iniustè condemnat, primùm quantum in se est, Deum homicidam facit: Deindè se, ipsum abominabilem reddit coram Deo, vastata conscientia & excussa fide: Adhec quando innocentem iniustè condemnat, notam ipsi infamiæ post mortem inurit, quæ infamia transit in familiam, & alios amicos: Præterea societatem humanam, quam conseruare deberet, fœdè lacerat, dum eius partem aliquam iniustè destruit. Postremò, vt tristitiam adfert bonis Dei Angelis, quos Deus hominibus attribuit custodes:

Ita

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Ita exhilarat Diabolos, qui homicidijs alijsq; iniuſtis ſententijs delectantur. Hoc ſi cogitarent Iudices, non facilè perſonarum acceptio eos à recto abriperet, nec ſe ſocios facerent malignorum ſpirituum, qui nulla re magis delectantur, quam ſi videant homines in mutuam pernitiem incumbere.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

HAFNIÆ

EXCVDEBANT
IOHANNES STOC-
kelman & Andreas Gut-
terwitz.

ANNO

M. D. LXXV.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 744 8° copy 3